

Editorial conventions are as follows. This transcript attempts to reproduce the manuscript text as accurately and diplomatically as possible. No attempt has been made to emend the text at any point. Manuscript punctuation, capitalization and orthography have been preserved, including scribal distinctions between ‘e/ę’ and ‘ae/æ’, ‘u/U’ and ‘v/V’, etc. Abbreviations and suspensions have been expanded silently. Rubrics have been rendered in **bold** type. Folio changes are indicated within ‘[...]’. Letters and words that are unclear in the manuscript—whether due to erasure or some other cause of obscurity—are indicated within ‘[...]’; so, for example, ‘e[t]’ indicates that the ‘t’ in the word ‘et’ is unclear. Letters and words that are completely obscured are represented by ‘\*’s within ‘[...]’; so, for example, ‘et [\*\*]em sciat’ indicates that the first two letters in the second word are no longer visible in the manuscript. Chapter numbers have been added within ‘[...]’; note, however, that these chapter numbers are an editorial invention introduced purely for convenience’s sake, and are *not* found in the manuscript. Modern scriptural references have been supplied, and are given within ‘{...}’.

Corrections, additions and other alterations to the text are reported in-line within ‘{...}’, while editorial commentary is confined to footnotes. Standard notation for textual descriptions is used whenever possible: ‘sic’; ‘corr.’ (indicating the corrected form of the preceding word/phrase); ‘transp.’ (accompanied by indication of the transposed words); ‘add.’ (for in-line additions); ‘add. in mg./add. marg.’; ‘add. sup. lin.’; ‘gl. in mg./gl. marg.’; ‘gl. sup. lin.’; ‘ras.’ (indicating erasure of the previous word, unless otherwise noted); ‘cancell.’ (cancellation of the previous word, unless otherwise noted); ‘expunc.’ (expunction of the previous word, unless otherwise noted). Since nearly every correction appears to be contemporary or nearly contemporary with the text—and so may just as likely represent the work of the main scribe as that of a separate corrector—no attempt has been made to distinguish between different correcting hands. Only when a correction has been made by a much later hand has this been indicated.

Notices of previous editions, collations or catalogues of individual canons/texts is given immediately after each chapter, followed by cross-references to other chapters of *Coll. Wig.* or other works of interest. Cross-references to ‘A’ and ‘B’ (or to *Coll. Wig. A, B*) are to recensions A and B as printed by Cross and Hamer. Cross-references to ‘C’, ‘D’, ‘I’ and ‘O’ (or to *Coll. Wig. C, Coll. Wig. D, Coll. Wig. I, Coll. Wig. O*) are to the versions of *Coll. Wig.* found in MSS Corpus 265, Barlow 37, Nero A. i, and Corpus 190, respectively. References to ‘R’ (or to *Coll. Wig. R*) are to

the copy of *Coll. Wig. A* found in Rouen 1382, which is not yet available through *ASCL*. Because Cross and Hamer's Recension A is constructed from *Coll. Wig. C, D* and *R*, references to 'A' are followed (in parentheses) by references to the corresponding 'C' and 'D' chapters ('R' being excluded as a general rule from all consideration in the present transcript). Similarly, because Cross and Hamer's Recension B is constructed principally from *Coll. Wig. I*, but also from *Coll. Wig. O*, references to 'B' are followed (in parentheses) by references to the corresponding 'I' and 'O' chapters; when there is no corresponding 'O' chapter, this is indicated by 'O-'. In the list of cross-references that follows most canons, references to other texts or *Coll. Wig.* chapters that are identical to the canon under consideration are listed first. Any cross-references listed after a '—' or a 'cf.' (even if a semi-colon intervenes), should be understood, not as identical, but as parallel or relevant in some way, for example as possible sources for or derivatives of the canon under consideration, or simply as containing similar phrasing.

Source information is provided as follows. When only a single source has been identified, that source is listed below the canon. When a canon contains two or more passages that each draw on a different source, these sources are listed in separate *Source* entries that correspond to the relevant passage in the canon. When two or more sources *for the same passage* have been identified, the most likely source is listed first, followed by subsequent sources separated by semi-colons. When, in the case of multiple sources, some are formal (immediate) and some are material (ultimate) sources, formal sources are listed first (in order of most to least likely), followed by a '—', after which material sources are listed (in order of most to least likely). Any source following a 'cf.' (even if a semi-colon intervenes), should be understood to be an analogue or parallel, rather than a source. Occasionally, information such as 'abbreviated' ('abbrev. '), 'partial', 'paraphrased' ('paraphr. '), or 'adapted' has been given after a source to indicate the manner in which that source was used; in the case of multiple sources, such information is placed after a '|' following the full list of sources, provided all of the preceding sources listed (even if a '—' intervenes) have been used by the compiler in the same way. For example, if the sources listed for a given passage have all undergone the same sort of abbreviation, this would be indicated by '| abbrev.' at the end of the source list for that passage; however, if just the formal sources have undergone (the same sort of) abbreviation, then this would be indicated by '| abbrev.' following the list of formal sources (i.e. immediately before the '—').

\* \* \* *Collectio Wigorniensis O* \* \* \*

*The following canon has been added to p. xii by a hand of s. xi/xii.*

[Oa] [p. xii] **Gregorius** papa apostolicus. inter plurima quę ecclesiis dei tradidit obseruanda. hoc perpetualiter per omnes ecclesias obseruandum censebat. ut patrimonia et terrę ecclesiarum non laicis. sed idoneis clericis committ[\*]ntur. {committantur *corr.*} Vnde ianuario caralitano episcopo. inter cetera scribit dicens. Indicatum nobis est quod laicis quibusdam curam uestri patrimonii committentes. postmodum in rusticorum uestrorum deprędationibus atque per hoc ex fatigationibus fuerunt depręhensi. Quod si ita est districte a uobis discuti conuenit. atque inter eos ecclesięque uestre rusticos. causam examinare subtilius. et quicquid in eis fuerit fraudis inuentum. cum pęna legalibus iudiciis statuta reddere compellantur. De cetero uero cauendum a fraternitate uestra. est. ne sęcularibus uiris. atque non sub regula uestra degentibus cuiuslibet res ecclesię committantur. Sed probatis de uestro officio clericis. in quibus si quid reperiri poterit prauitatis: ut in subditis emendare. quę illicite gesta fuerint ualeatis. quos uidelicet apud uos habitus sui officium magis conueniat quam excuset.

*Source* (gregorius ... committantur)

*unidentified*

*Source* (unde ianuario ... quam excuset)

*DGRE.590.1731 (ed. Norberg, CCSL 140A, p. 000, lines 41–53), abbrev.*

[O1] [p. 1] **INCIPIT DE INITIO CREATURE**

**IN PRINCIPIO FECIT DEUS CAELUM ET TERRAM.** {Gn 1:1} formauitque hominem de limo terrę. et inspirauit in faciem eius spiraculum uite. {Gn 2:7} ad imaginem et similitudinem suam: {cf. Gn 1:26} Plantauerat quoque dominus deus paradysi uoluptatis a principio. in quo posuit hominem quem formauerat. {Gn 2:8} precepitque ei dominus dicens: **Ex** omni ligno paradysi comede. de ligno autem scientiæ boni et mali ne comedas: {Gn 2:16–17} **In** quacumque die comederis ex eo. morte morieris: {Gn 2:17} **Ex** quo ligno contra legem. et contra pręceptum domini tulit homo. et de fructu illius suadente aduersario comedit: {cf. Gn 3:6} **Et** pro hac transgressione legis. eiectus. est. de paradyso in exilium mundi istius. ubi multos labores sustinuit: **Fuit** autem primus homo dictus adam. et mulier eius dicta. est. ęua: **Ex** istis duobus omne genus hominum propagatum. est. **Qui** ad ultimum obliti creatoris sui. multa scelera facientes irritauerunt deum et procauerunt {prouocauerunt *corr.*} ad iracundiam. pro qua remisit deus diluuium. et perdidit omnes excepto uno iusto noę nomine. cum suis tribus filiis et uxoribus eorum quos pro reparatione humani generis reseruauit: **Et** cum cępisset multitudo suc[p. 2]crescens mundum implere. obliuiscens iterum homines creatorem mundi deum cęperunt colere creaturas. et multa alia mala opera facere. que dinumerare longum. est. Cum autem uidisset dominus tantam malitiam et duritiam hominum. constituit legem in duabus tabulis lapideis scriptam. {cf. Ex 31:18} Mandata quoque legalia moysi et israhelitico populo de monte sinay ostendit ita dicens: Ego sum dominus deus tuus. qui eduxi te de terra ęgypti: {Ex 20:2} **ITEM** Non habebis deos alienos coram me: {Ex 20:3} **ITEM** Non adsumes nomen domini dei tui in uanum. nec enim habebit insontem dominus eum. qui adsumperit nomen domini dei sui frustra: {Ex 20:7} **ITEM** Memento ut diem sabbati sanctifices: {Ex 20:8} Honora patrem tuum et matrem tuam: {Ex 20:12} **ITEM** Non occides: {Ex 20:13} **ITEM** Non meçhaberis: {Ex 20:14}

**ITEM** Non furtum facies: {Ex 20:15} **ITEM** Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium: {Ex 20:16} **ITEM** Non concupisces uxorem proximi tui: {Dt 5:21; cf. Ex 20:17} **ITEM** Non domum. non agrum. non seruum. non ancillam. non bouem. non asinam. et uniuersa que illius sunt. {Dt 5:21; cf. Ex 20:17} Hęc namque decem precepta scripsit dominus digito suo in duabus lapideis tabulis. et precepit moysi ut doceret ea filios israhel:

*cf. Wulfstan's Sermo 10b, which combines the second half of this text with additional material, including material from O28; Wulfstan's Sermo 10c, which translates the second half of this text into Old English. Note that the second half of this text is related to several Ælfrician works, especially Ælfric's Decalogus Moysi (MS M, fols 31r–32r) and its translation into Old English in Ælfric's Ep.III.120–45 (see discussion in P. CLEMOES, 'Old English Benedictine office', 277–81).*

- Source (in principio ... morte morieris) *unidentified*
- Source (ex quo ligno ... generis reseruauit) *PIRMIN Scarapsus 3–4 (ed. Hauswald, p. 8 line 10–p. 10 line 7) — 'pro hac transgressione ... generis reseruauit': MARTIN De corr.rustic. (ed. Barlow, p. 185 line 7–p. 186 line 5) | adapted*
- Source (et cum cepisset ... lapideis scriptam) *PIRMIN Scarapsus 4–5 (ed. Hauswald, p. 10 line 9–p. 11 line 2) — 'et cum cepisset ... colere creaturas': MARTIN De corr.rustic. 6 (ed. Barlow, 186, lines 2–5) | adapted*
- Source (mandata quoque ... filios israhel) *unidentified; perhaps drawn directly from Scripture. Also in WULFSTAN, Sermo 10b (ed. Bethurum, 194, lines 10–23) — 'et israhelitico populo ... lapideis tabulis': ÆLFRIC Decalogus Moysi (MS M, fol. 31r; ed. Fehr, 190–91 n. 120)*

## [O2] ITEM PRECEPTA LEGALIA

Diliges dominum deum tuum ex toto corde et reliqua: {Dt 6:5} Primitias quoque frugum terrę tuę deferens. {sic} in domum domini dei tui: {Ex 23:19; 34:26} Primogenitum etiam [p. 3] filiorum tuorum facies: {Ex 22:29} De bubus quoque et ouibus similiter facies: {Ex 22:30} Decimas et primitias. non tardabis offerre domino: {Ex 22:29} Non periurabis nec pollues nomen domini: {Lv 19:12} Diis {id est sacerdotibus *gl. sup. lin.*} non detrahes: {Ex 22:28} Insonem non interfities: {sic} {cf. Ex 23:7} Maleficos non pacieris uiuere: {Ex 22:18} Vidue et pupillo. non noceberis: {Ex 22:22} Si leseritis. uociferabunt ad me dicit dominus: et ego audiam clamorem eorum et indignabitur furor meus. percutiamque uos gladio. et erunt uxores uestre uidue. et filii uestri pupilli: {Ex 22:23–4} Aduenam non contristabitis: {Ex 22:21} Peregrino. molesti {sic} non eritis: {Ex 23:9} Carnem que a bestiis fuerit pregestata non comedetis. sed proicietis canibus: {Ex 22:31} Sanguinem uniuerse carnis. non comedetis: {Lv 17:14} Qui immolat diis preter domino soli. occidetur: {Ex 22:20} Qui blasphemauerit nomen domini. morte moriatur: {Lv 24:16} Qui coierit cum iumento. morte moriatur: {Ex 22:19} Qui percusserit patrem aut matrem. morte moriatur: {Ex 21:15} Si quis per industriam occiderit proximum suum. et per insidiis {sic} ab altari meo auelles eum ut moriatur: {Ex 21:14} Qui autem non. est. insidiatus. sed deus illum tradidit in manus eius. constituam tibi locum quo fugere debeat: {Ex 21:13} Si rixati fuerint uiri et percusserit alter proximum suum lapide uel pugno. et ille mortuus non fuerit. sed iacuerit in lectulo. {Ex 21:18} Si surrexerit et ambulauerit foris super baculum suum. innocens erit qui percusserit. ita tamen ut opera eius et inpensas in medicos restituat: {Ex 21:19} Qui percusserit seruum [p. 4] suum aut ancillam uirga. et mortui fuerint in manibus eius criminis reus erit: {Ex 21:20} Si rixati fuerint uiri et percusserit quis mulierem pregnantem. et abortiuum

quidem fecerit. sed ipsa uixerit. subiacebit dampno quantum expetierit maritus mulieris. et arbitri {id est iudices *gl. sup. lin.*} iudicauerint: {Ex 21:22} Sin autem mors eius fuerit subsecuta. reddet animam pro anima: {Ex 21:23} Si bos cornu percusserit uirum aut mulierem et mortui fuerint. lapidibus obruetur. et non comedentur carnes eius. dominusque bouis innocens erit: {Ex 21:28} Si quis aperuerit cisternam et foderit et non operuerit eam. cecideritque bos. uel asinus in eam. dominus cisterne reddet precium iumentorum. {Ex 21:33–4} Quod autem mortuum. est. ipsius erit: {Ex 21:34} Si bos alienus bouem alterius uulnerauerit. et ille mortuus fuerit. uendent bouem uiuum et diident precium: {Ex 21:35} Cadauer autem mortui. inter se dispertient: {Ex 21:35} Si leserit quispiam {id est aliquis *gl. sup. lin.*} agrum uel uineam et dimiserit iumentum suum ut depascatur aliena. quicquid optimum habuerit in agro suo. uel in uinea pro damni estimatione restituet: {Ex 22:5} Si egressus ignis inuenerit spicas et comprehenderit aceros frugum siue stantes segetes in agris. reddet damnum qui ignem succenderit: {Ex 22:6} Si seduxerit quis uirginem necdum desponsatam. dormieritque cum ea. dotabit eam. {id est donet ei dona sponsalia *gl. sup. lin.*} et habebit eam uxorem: {Ex 22:16} Si occurreris boui inimici tui. aut asine erranti. reduc ad eum: {Ex 23:4} Si uideris asinum odientis te iacere sub onere. {id est fasce *gl. sup. lin.*} non pertransibis. sed suble[p. 5]uabis: {Ex 23:5} Non declinabis in iudicio pauperis: {Ex 23:6} Si emeris seruum hebreum. sex annis seruiet tibi. septimo egredietur liber: {Ex 21:2} Sex diebus operaberis. septimo die cessabis. ut requiescat bos et asinus tuus. et ut refrigatur {id est consoletur *gl. sup. lin.*} filius ancille tue et aduena: {Ex 23:12} Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet: {Lv 18:6} Cum uxore quoque proximi tui non coibis. nec seminis commixtione maculaberis: {Lv 18:20} Cum masculo non commisceberis coitu femineo. quia abominatio. est. et cum omni pecore non coibis. nec maculaberis cum eo: {Lv 18:22–3} Mulier non succumbet iumento. nec miscebitur ei. quia scelus est: {Lv 18:23} Adulteri. pariter moriantur: {cf. Lv 20:10; Dt 22:22} Iumenta tua non sinas coire diuerso generi: {Lv 19:19} Uestemque ex discoloribus. est. non {id est noli *gl. sup. lin.*} induere: {cf. Ez 16:10} Cum messueris segetes terre tue. non tondebis usque ad solum superfitem {sic} terre. {id est ad terram *gl. sup. lin.*} nec remanentes spicas colliges. neque in uinea tua racemos et grana decidentia congregabis. sed pauperibus et peregrinis carpenda {id est accipienda *gl. sup. lin.*} dimittes: {Lv 19:9–10} Nolite facere iniquum aliquid in iudicio. sed in regula et pondere et mensura: {Lv 19:35} Statera quoque iusta. et aequa sint pondera: {Lv 19:36} Iustus modius. et equus {id est iustus *gl. sup. lin.*} sextarius: {Lv 19:36} Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio. morietur homo ille. et auferes malum de israhel: {Dt 17:12} Si deprehensus fuerit homo sollicitans aliquem de genere israhel. et uendito eo acceperit precium. interficietur: {Dt 24:7} Uir quoque siue mulier in quibus phitonicus {id est diuinus *gl. sup. lin.*} fuerit spiritus. morte moriantur: {Lv 20:27} Cum uoueris [p. 6] uotum domino deo tuo. non tardabis reddere. quia requiret illud dominus deus tuus: {Dt 23:21} Iuste igitur iudica proximo tuo. custodiens diligenter precepta legis domini dei tui:

Source

*unidentified; perhaps drawn directly from Scripture*

Source (adulteri pariter moriantur)

*cf. Capitula libri vaieera (Leuitici), c. 60 (PL 28, col. 335)*

Source (uestemque ... induere)

*cf. Capitula libri vaieera (Leuitici), c. 49 (PL 28, col. 335)*

[O3] In leuitico enim dominus dicit. Ego sum dominus deus uester: {Lv 18:2; 18:4} leges meas custodite: {Lv 18:5} Et si in preceptis meis ambulaueritis. et mandata mea custodieritis et feceritis ea. dabo uobis pluuiam temporibus suis. et terra gignet germen suum. et pomis arbores replebuntur: {Lv 26:3–4} Apprehendet messium tritura uindemiam. et uindemia occupabit sementem: {Lv 26:54} Et comedetis panem uestrum in saturitate. et absque pauore habitabitis in terra uestra: {Lv 26:5} Dabo pacem in finibus uestris. dormietis et non erit qui exterreat: {Lv 26:6} Auferam malas bestias. et gladius non pertransibit terminos uestros: {Lv 26:6} Persequimini inimicos uestros. et corruent coram uobis: {Lv 26:7} Persequentur quinque de uestris centum alienos. et centum ex uobis decem milia: {Lv 26:8} Cadent inimici uestri. in conspectu tuo {uestro *corr.*} gladio: {Lv 26:8} Respiciam uos et crescere faciam. multiplicabimini et firmabo pactum meum uobiscum: {Lv 26:9} Comedetis uetustissima ueterum. et uetera nouis superuenientibus proicietis: {Lv 26:10} Ponam tabernaculum meum in medio uestri. et non abiciet uos anima mea: {Lv 26:11} Ambulabo inter uos et ero uester deus. uosque eritis populus meus. {Lv 26:12} dicit dominus omnipotens: Et item dominus dicit: Si autem non audieritis me neque feceritis precepta mea. constituam in uos inopiam. famem. et pestem. et animam uestram ta[p. 7]bescentem faciam. et persequentur uos inimici uestri. et fugietis nullo persequente. et ponam uobis caelum ferreum. et terram ęream. et erit in uacuum uirtus uestra. Terra non dabit fructum suum. et arbores agri uestri non dabunt fructus suos: Adducam super uos gladium. et trademini in manus inimicorum uestrorum. et erit terra uestra deserta. et ciuitates uestrę destructę: Et item dominus dicit: Cum enim deserta fuerit terra propter peccata populi. et ipsi qui remanserint tabescentes pronuntiabunt peccata sua et peccata patrum suorum. quoniam despexerunt me. et precepta mea spreuerunt. tunc reuertetur cor incircumcisum eorum. et clamabunt ad me. et memor ero testamenti prioris. et terra recipiet sabbata sua. {cf. Lv 26:14–43; Dt 28:15–25} Hęc sunt iudicia. et hęc precepta et lex. {sic} quam dedit dominus inter se et inter filios israhel in monte synai. per manum moysi: {Lv 26:45}

*cf. Wulfstan's Sermo 19 which incorporates this entire text*

Source

*unidentified; perhaps drawn directly from Scripture. Also in WULFSTAN, Sermo 19 (ed. Bethurum, 251–52, lines 8–40)*

#### [O4] INCIPIUNT DOGMATA EUANGELICA SECUNDUM MATHEUM;

In illo tempore: Cępit iesus predicare et dicere: Pęnitentiam agite. appropinquabit enim regnum cęlorum. et reliqua. {Mt 4:17} **ITEM:** Dominus in euangelio dicit: Beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum. est. regnum cęlorum. {Mt 5:3} **ITEM:** Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. quoniam ipsorum. est. regnum cęlorum: {Mt 5:10} **Item.** Beati estis cum maledixerint uobis homines et persecuti uos fuerint. et dixerint omne malum aduersum uos. mentientes propter me: {Mt 5:11} Gaudete et exultate. quoniam merces uestra. multa. est. in cęlo: {Mt 5:12} **Item:** Esto consentiens aduer[sario] tuo. dum es cum eo in uia. ne forte tradat te aduersarius iudici. et iudex tradat te ministro. et in carcerem mittaris: {Mt 5:25} **Item.** Quicumque enim dimiserit uxorem suam excepta fornicationis causa. facit eam meęhari: {Mt 5:32} Et qui dimissam duxerit: {id est in uxorem accipit *gl. sup. lin.*} adulterat: {Mt 5:32} **Item.** Adtendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus {Mt 6:1} **ITEM.** Cum ergo facis elemosynam. noli tuba canere ante te: {Mt 6:2} **ITEM:** Cum enim oraueritis. nolite multum

loqui. sed intrare in cubiculum. et clauso hostio orate patrem uestrum qui in cęlis est: {cf. Mt 6:5–9} **ITEM:** Cum ieiunatis. nolite fieri sicut hypocrite tristes: {Mt 6:16} **ITEM:** Thesaurizate uobis thesauros in cęlo. ubi neque erugo. neque tinea demolitur. et ubi fures non effodiunt nec furantur: {Mt 6:20} **ITEM.** Nolite solliciti. {sic} esse. dicentes. quid manducabimus aut quid bibemus. aut quo operiemur. {Mt 6:31} Scit enim pater uester. quia his omnibus indigetis: {Mt 6:32} Querite autem primum regnum dei et iustitiam eius. et hęc omnia adicientur uobis: {Mt 6:33} **Item.** Nolite iudicare. ut non iudicemini: {Mt 7:1} In quo enim iudicio iudicaueritis. iudicabimini: {Mt 7:2} **Item:** Nolite dare sanctum canibus neque mittatis margaritas ante porcos: {Mt 7:6} **Item.** Omnia quęcumque uultis ut faciant uobis homines. et uos facite illis: Hęc est enim lex: {Mt 7:12} **Item.** Intrate per angustam portam quia lata et spatiosa uia est quę ducit ad perditionem. {Mt 7:13} Angusta autem porta et arta uia est quę ducit ad uitam. {Mt 7:14} **Item:** Adtendite a falsis prophetis. qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium. intrinsecus autem sunt lupi rapaces: {Mt 7:15} **Item:** Estote prudentes sicut serpentes. et sim[p. 9]plices sicut columbę: {Mt 10:16} Cauete autem ab hominibus {Mt 10:17} **Item:** Nolite timere eos qui occidunt corpus. animam autem non possunt occidere: {Mt 10:28} **Item.** [\*]ollite {Tollite *corr.*} iugum meum super uos. et discite a me. quia mitis sum et humilis corde. et inuenietis refrigerium animabus uestris: {Mt 11:29} **Item:** Cauete a fermento pharisęorum et saducęorum: {Mt 16:6; 16:11} **Item:** Si peccauerit in te frater tuus. uade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si autem te non audierit. adhibe tecum unum uel duos: {Mt 18:15–16} Quod si non audierit eos. dic eęclesię: {Mt 18:17} Si autem eęclesiam non audierit. sit tibi ethnicus et publicanus. {Mt 18:17} **Item.** Amen dico uobis quęcumque alligaueritis super terram erunt ligata in cęlo. et quęcumque solueritis super terram erunt soluta et in cęlo: {Mt 18:18} **Item:** Qui maior. est. uestrum erit minister uester. quia omnis qui se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur. {Mt 23:11–12} **Item.** Cum ergo uideritis abhominacionem desolationis stantem in loco sancto. {Mt 24:15} ue pregnantibus et nutrientibus in illis diebus {Mt 24:19} Erit enim tunc tribulatio tam magna. qualis non fuit ab initio mundi. neque fiet: {Mt 24:21} Et post tribulationem dierum illorum. sol obscurabitur. et luna non dabit lumen suum. et stellę cadent de cęlo. et uirtutes cęlorum commouebuntur. {Mt 24:29} Uigilate itaque quia nescitis diem. neque horam. {Mt 25:13}

Source

*unidentified; perhaps drawn directly from Scripture*

#### [O5] SECUNDUM MARCUM.

In illo tempore: Postquam traditus est iohannes uenit iesus in galileam predicans et dicens: Pęnitementi et credite euangelio. appropinquabit enim regnum dei. {Mc 1:14–15} Item. Locutus est dominus ad discipulos suos dicens: Quocumque introieritis ibi manete. donec exeatis inde. [p. 10] et quicumque non receperint uos. nec audierint uos. exeuntes inde. excutite puluerem de pedibus uestris in testimonium illis: {Mc 6:10–11} **Item:** Habete in uobis sal. et pacem habete inter uos: {Mc 9:49} **Item:** Dominus dicit: Domus mea domus orationis. est. et reliqua. {Mc 11:17; cf. Lc 19:46} **Item:** Nolite facere domum patris mei. domum negotiationis: {Io 2:16} **Item:** Cum stabitis ad orandum. dimittite si quid habetis aduersus aliquem. ut pater uester qui in cęlis. est. dimittat uobis peccata uestra: {Mc 11:25} **Item:** Cum audieritis prelia et opiniones preliorum ne timueritis: Oportet enim hęc fieri. sed non dum statim finis: {Lc 21:9} **Item.** Dum steteritis ante reges et presides. nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. sed quod datum

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

uobis fuerit in illa hora. id loquamini: {Mc 13:9–11} Non enim uos estis loquentes. sed spiritus sanctus. {Mc 13:11} **Item.** Uigilate et orate. nescitis enim quando dies domini ueniet: {Mc 13:35} De die autem illa et hora nemo scit. neque angeli in cęlo: {Mc 13:32} Quod autem uobis dico. omnibus dico: uigilate: {Mc 13:37}

*Source* *unidentified; perhaps drawn directly from Scripture*

#### [O6] SECUNDUM LUCAM

In illo tempore: Discipulis suis dixit iesus: Estote ergo misericordes. sicut et pater uester misericors. est. {Lc 6:36} **Item.** Adtendite a fermento pharisęorum. quod est hypocrisis: {Lc 12:1} **Item.** Uidete et caute ab omni auaritia. quia non in abundantia cuiquam *{sic}* uita eius. est. ex his quę possidet: {Lc 12:15} **Item.** Nolite in sublime extolli: {Lc 12:29} Omnis enim qui se exaltat humiliabitur. {Lc 14:11; 18:14} **Item.** Uendite quę possidetis. et date elemosinam. {Lc 12:33} **Item.** Sint lumbi uestri precincti. et lucernę ardentes {Lc 12:25} in manibus uestris: **Item.** Estote parati quia qua hora non putatis filius [p. 11] hominis ueniet: {Lc 12:40} **Item:** Cum facis prandium noli uocare diuites. {Lc 14:12} sed cum facis conuiuium uoca pauperes. debiles. claudos. et cęcos. {Lc 14:13} et beatus eris. quia non habent unde retribuere tibi: Retribuetur enim tibi. in resurrectione iustorum: {Lc 14:14} **Item.** Cum audieritis prelia et seditioes nolite terri: {Lc 21:9} Oportet primum hęc fieri. sed non dum statim finis: {Lc 21:9} **Item.** Adtendite ne grauentur corda uestra in crapula et ebrietate. et curis huius uite: {Lc 21:34} **Item.** Uigilate itaque omni tempore orantes. ut digni habeamini fugere mala omnia quę futura sunt. et stare ante filium hominis: {Lc 21:36}

*Source* *unidentified; perhaps drawn directly from Scripture*

#### [O7] SECUNDUM IOHANNEM.

In illo tempore: Iohannes testimonium perhibuit de christo. et clamauit dicens: {Io 1:32} Hic est de quo dixi post me uenturus est qui ante me factus est. cuius non sum dignus ut soluam eius corrigiam calciamenti. {Io 1:27; cf. Io 1:15} Et hic est qui baptizat in spiritu sancto. {Io 1:33} **Item.** Dominus quoque in euangelio dicit: Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto. non potest introire in regnum dei. {Io 3:5} **Item.** Operamini non cybum qui perit. sed qui permanet in ęternum. {Io 6:27} Amen dico uobis. nisi manducaueritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis uitam in uobis: {Io 6:53} **Item.** Nolite iudicare secundum faciem. sed iustum iudicium iudicate: {Io 7:24} **Item.** Ambulate dum lucem habetis. ut non tenebrę uos comprehendant: {Io 12:35} **Item.** Mandatum nouum do uobis. ut diligatis inuicem. {Io 13:34} **Item.** Si diligitis me: mandata mea seruate: {Io 14:15} Qui non diligit me: sermones meos non seruat: {Io 14:24} **Item.** Manete in me: et ego in uobis: {Io 15:14} [p. 12] Qui manet in me: et ego in eo. hic fert fructum multum. {Io 15:5} Si precepta mea seruaueritis. manebitis in dilectione mea: {Io 15:10} **Item.** Hoc igitur. est. preceptum meum ut diligatis inuicem. sicut dilexi uos: {Io 15:12} Maiorem hac dilectionem nemo habet. ut animam suam quis ponat pro amicis suis: {Io 15:13} Uos amici mei estis. si feceritis quę ego precipio uobis. {Io 15:14} et reliqua.

*Source* *unidentified; perhaps drawn directly from Scripture*



**[O8] QUALITER APUD ORIENTALES PROUINTIAS GERMANIÆ ATQUE SAXONIE PRO DIUERSIS CRIMINIBUS PĒNITENTIÆ OBSERUATUR MODUS**

SI QUIS PRO QUALICUMQUE CRIMINALI PECCATO DIVTINA {prolixa *gl. sup. lin.*}

pĕnitentia fuerit puniendus. placuit quibusdam ut tamdiu ab ingressu eçclesiæ amoueatur.

quamdiu pĕnitentię ipsius mensura extenditur. Nonnullis etiam in locis ita obseruatur. ut si quis

VII annorum. uel VII carinarum {Vna carina est spatium trium quadragesimarum *gl. in mg.*}

pĕnitentia fuerit dampnatus. primo anno. uel prima carina se ab introitu eçclesiæ absteineat. deinde

semper tres quadragesimas. per sex sequentes annos custodiat: In orientalibus uero id est

germanię saxonięque partibus sicut experimento didicimus capitalium criminum reus. uerbi gratia

si parricida extiterit. VII annis ab ingressu domus dei alienatur. atque peregrinationem suscipiens.

nudipes. {id est nudis pedibus *gl. sup. lin.*} laneisque indutus perambulet. pane et aqua atque

holeribus contentus. nisi tantum dominicis. ceterisque precipuis festiuis diebus et hoc secundum

mensuram sibi constitutam. Quosdam etiam uidimus quibus per omnes VII annos commorandi

uno loco nisi unius diei et noctis interdicta {id est prohibita *gl. sup. lin.*} erat licentia. excepta [p.

13] infirmitatis causa. uel causa precipue festiuitatis.

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 143; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 568 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 45 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient law*, 277–278)

I183 — ‘commorandi uno loco ... infirmitatis causa’: cf. C236/D163

Source

Coll.Wig.I 183

**[O9] DE TEMPERANTIA PĒNITENTIUM**

Pro capitalibus criminibus id est sacrilegiis. homicidiis. adulteriis. et his similibus sancti patres

nostri spatium pĕnitentię. secundum mensuram et secundum ordinem cuiusque Quanto autem

quisque altioris ordinis fuerit. tanto debet maioris. esse. continentię: Quapropter quia multa

paucis uerbis explicare non possumus. saltem pronuntiamus. quia pro prescriptis criminibus et eis

similibus quidam constituerunt laico pĕnitentiam IIII annorum. et si seruus est duorum annorum.

Canonico V. Subdiacono VI. Diacono VII. Presbitero X annorum. Episcopo autem XII annorum.

Pro peccatis itaque leuioribus leuigandum iudicabant modum pĕnitentię: Parricidis uero et aliis

nefandis criminibus omnimodo artam constituerunt pĕnitentię mensuram. Quia ut cyprianus dicit.

qui peccantem uerbis adolantibus palpat. {id est tangit *gl. sup. lin.*} peccandi fomitem {id est

nutrimentuim *gl. sup. lin.*} subministrat. {id est prebet *gl. sup. lin.*} nec premit delicta illius. sed

fouet: {id est nutrit *gl. sup. lin.*} Ormisdas papa dicit: Quę est ista inimica benignitas. palpare

criminosos. et uulnera eorum usque ad diem iudicii incurata seruare? Alibi quoque scriptum est:

Facientes et consentientes. eçquali pĕna puniuntur: Ideoque non segniter animarum salus

perscrutanda est: sed instanter secundum diuersitatem culparum. uulnera animarum medicamento

uere pĕnitentię curanda sunt: Medicus enim debet sanare egrotum secundum austeritatem artis

suę. et non palpare molliter. secundum uoluntatem infirmi; [p. 14]

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 143–44; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 568–69

[reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 46 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 278)

cf. I165; C132, and D200, which adapts C132

Source

Coll.Wig.I 165, abbrev. — (see the sources for Coll.Wig.I 165)

**[O10] DE DIUERSIS HOMICIDIIS.**

Sinodus romana decreuit. {id est instituit uel iudicauit *gl. sup. lin.*} parricidium faciens. XIII annis pēnitere. et semper religiose uiuere: Si nolens patrem. uel matrem. uel fratrem. uel sororem. uel coniugem. aut filium casu occiderit. VII annis. districte in peregrinatione pēniteat. et numquam sine religione fiat: Item sinodus romana: Si quis uxoratus {id est uxorem coniunctus *gl. sup. lin.*} nolens occiderit coniugem. VII annis pēniteat cum una peregrinatione. et diuidat omnem substantiam suam in tres partes: Primam parentibus eius. Secundam deo in elemosynam diuidendam. Terciam in sustentationem uite eius. Si autem de industria uel meditatione spiritus zelotipię {id est inuidię *gl. sup. lin.*} occiderit. et si non habuerit manus eius unde reddat. XIII annis pēniteat. et numquam coniugem habeat. arma relinquat. et deo seruiat: Si autem habuerit unde reddat. ipse dimidium spatium pēniteat. et si genuerit filios. et filias. augeatur pēnitentia. quia coniugem suam. et matrem filiorum occidit: Si autem illam pregnantem occiderit. XIII annis grauiter pēniteat in exilio. quia reus coniugis et filii est. et in dimidio spatio non priuetur communione: {id est non sequestretur a communione *gl. sup. lin.*}

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 144; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 569, cc. 3.1–4 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNSTMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 46–7 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 278, cc. 3.1–4)

'si quis uxoratus ... priuetur communione': C213, D143 second part — cf. C212, which abbreviates the first part of this canon and combines it with material from O11; D143 first part, which abbreviates the first part of this canon (as in C212)

Source

unidentified

**[O11] ITEM**

Qui episcopum occiderit. arma relinquat. XIII annis exul in pane et aqua pēniteat. uel secundum placitum uniuersalis concilii. semper pēniteat. et instanter deo seruiat: Qui presbiterum occiderit. arma relinquat. XII annis in pane et aqua pēniteat. et semper deo seruiat: Qui diaconum [p. 15] occiderit. X annis in pane et aqua pēniteat: Qui subdiaconum occiderit. VIII annis in pane et aqua pēniteat: Qui laicum occiderit. VII annis pēniteat. et si casu homicidium perpetrauerit. XL diebus ab ingressu ecclesię se abtineat: Si sponte. annum I uel plures. ut episcopus iudicauerit: Multimodis enim causis. homicidium perpetratur. Aliquando enim pro contentione temporalium rerum. aliquando per ebrietatem. Aliquando non sponte. sed coactus resistendo resurgenti: Aliquando certando pro iustitia. uel pro consanguinea uindicta: Aliquando causa regali. aduersus resistentes. uel catholicam ecclesiam deuastantes: Si quis pro contentione temporalium rerum propinquum. uel presbiterum. uel compatrem occiderit. oportet illum VII annis exulem a patria eicere. et per diuersas prouintias sanctorum requirere loca. absque armis et calciamentis. et absque communione christianorum. et non diutius quam diei et noctis unius spatio in una habitatione quiescendo nisi causa infirmitatis uel sollempnitatis sanctorum ut sicut incurrit propter propria in culpam. e contrario pēniteat in aliena: Qui uero pro eadem re alienum hominum. id est propinquum {sic!}<sup>1</sup> occiderit. infra patriam. VII annis pēniteat. suspendaturque

<sup>1</sup> propinquum] non propinquum *coniecit Wassersschleben*

ab ecclesia uel consortio christianorum tanto tempore. uel hora quo {sic} uisum fuerit episcopo. siue XL I. siue I carinam. uel II uel III carinas. {id est tres quadragesimas gl. sup. lin.} uel annum I aut plures: Qui uero per ebrietatem hominem occiderit. pari {id est equali gl. sup. lin.} culpa homicidium incurrit: [p. 16] Una est illi culpa. quia per gulam semet necat. altera quia christianum iugulat; Illi per omnia ut supra dictum. est. penitentia iniungatur. sed multo magis ieiuniis quam abstinentiis ceteris affligatur; Ut sicut per gulam sumpsit peccati initium. per parsimoniam reparatur ad gratuitatis {id est gratie pietatis gl. sup. lin.} donum; Si uero aliquis certando pro iustitia perpetraverit homicidium. non illum grauari oportet tamdiu annuali ieiunio. neque XL<sup>mali</sup> sed tridua uel bidua. seu ferialia {id est III et VI feriis gl. sup. lin.} ieiunia. et per elemosinas expietur ab sanguinis effusione ut episcopus iudicauerit: Simili modo pene {id est prope gl. sup. lin.} agatur. et de eo qui resistendo insurgentem prostrauerit: {id est contrasurgentem occiderit gl. sup. lin.} Si autem rex infra regnum exercitum duxerit aduersus insurgentes seu rebelles et permotus {id est iratus gl. sup. lin.} bellum egerit pro regno. uel ecclesiastica iustitia decertando. quicumque illi opem ferendo homicidium incurrerit. absque graui culpa erit. tantummodo propter sanguinis effusionem se ut mos est ab ecclesia. XL diebus abstineat. et aliqua ferialia ieiunia pro humilitatis causa ab episcopo suscipiat. et post XL dies reconciliatus communionem habeat; Quod si incursio paganorum terram occupauerit. aecclesias deuastauerit. terram depopulauerit. et populum christianum ad bellum concitauerit. quisquis aliquem deiecerit absque graui culpa erit. sed tantum per VII uel XIII uel XL dies ab ecclesie ingressu se abstineat. et sic purificatus ecclesiam petat:

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 145–46; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 569–70, cc. 3.5–17 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 47–8 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 278–79, cc. 3.5–17)

cf. D142, which abbreviates and adapts the first part of this canon; C212, which abbreviates and adapts the first part of this canon and combines it with material from O10

Source unidentified

#### [O12] ITEM DE PENITIA. {sic}

Qvi enim multa mala fecit in homicidio. in [p. 17] sacrilegio. in parricidio. {se þe bið his fæder slaga gl. in mg.} in furtu. in rapina. in fornicatione. in adulterio. in mendatio et periurio. et postea conuersus penitere cupit. relinquat terrena omnia intrans in monasterii seruitium et peniteat. que gessit quamdiu uixerit. ut sacerdos iudicauerit: Si autem in monasterii seruitium intrare noluerit. duriter in laico habitu exul usque ad exitum uite peniteat:

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 146; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 570 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 48 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 279)

cf. C197

Source unidentified, but cf. Coll.Wig.C 197, which contains a condensed version of this canon — cf. PTHU.700.1,7.1; PECU.700.14.1

#### [O13] DE PENITENTIBUS UT A PRESBITERIS NON RECONCILIANTUR. NISI PRECIPIENTE EPISCOPO EX CONCILIO AFFRICANO.

Ut penitentibus secundum differentiam peccatorum episcopi arbitrio {id est iudicio gl. sup. lin.} penitentiae tempora decernantur; {id est iudicentur gl. sup. lin.} Et ut presbiter inconsulto {id est

absque consilio uel interrogato *gl. sup. lin.* } episcopo non reconciliet penitentem. nisi absentię episcopi necessitate cogente: Cuiuscumque autem penitentis publicum {apertum *gl. sup. lin.*} et uulgatissimum {notissimum *gl. sup. lin.*} est crimen quod uniuersam aecclesiam commouerit {id est nocuerit *gl. sup. lin.*} ante absidam manus ei inponatur:

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 146–47; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 571 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 48 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 279)

cf. A100 (C104/D110), which derives the first sentence from a different source

Source (DE ... EPISCOPO) Coll.Dach. 1.19, rubric; PHAL.800.3.11, rubric

Source (EX ... AFFRICANO) cf. Coll.quad. 4.18, which ascribes the first sentence of this canon to 'EX CONCILIO AFRICANO'

Source Coll.Dach. 1.19; PHAL.800.3.11; 'ut penitentibus ... decernantur': also in PHAL.800.3.1 and Coll.quad. 4.18; 'et ut presbiter ... cogente': also in Coll.quad. 4.9; 'et ut presbiter ... inponatur': also in Coll.quad. 4.14; cf. Coll.vet.Gall. 64.6, which has a different rubric and inscription — CCAR.397.30 (= Reg.eccl.Cart.exc. 43; Carthage III, 31–2)

#### [O14] ITEM EX CONCILIO CARTAGINENSE. DE EADEM RE.

Aurelius episcopus dixit. Si quisquam in periculo fuerit constitutus. et se reconciliari diuinis altaribus petierit. si episcopus absens fuerit. debet utique presbiter consulere {id est interrogare *gl. sup. lin.*} episcopum. et sic periclitantem eius precepto reconciliare: Quam rem debemus. salubri consilio roborare: Ab uniuersis episcopis dictum est: placet quod sanctitas uestra necessaria nos instruere dignata est:

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 147; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 571 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 49 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 279)

C360

Source Coll.Dach. 1.20; 'aurelius episcopus ... roborare': PHAL.800.3.12 — CCAR.419.7

#### [O15] ITEM DE CAPITALIBUS CRIMINIBUS.

(O, pp. 17–89): PPTH.800

(coll. [as 'C'] VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 571–620 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 49–102 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 279–305)

Note: this version of PPTH.800 contains several passages not found in other other versions, as well as several passages that are displaced to the end of the penitential (see, e.g., van Rhijn, ed., *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 34–5, 63–4, and see below, n. 2)

#### [O16] QUOD NULLI SIT ULTIMA PENITENTIA DENEGANDA.

Vera ergo ad deum conuersio in ultimis positorum. mente potius est estimanda quam tempore. prophete hoc taliter asserente; In quacumque die peccator conuersus fuerit. ingemueritque saluus erit; {cf. Ez 33:12} Et euangelicus sermo dicit; Gaudium est angelis dei super uno peccatore. et reliqua; {Lc 15:7; 15:10} Cum ergo dominus sit cordis inspector {cf. Prv 24:12} quouis tempore non est deneganda penitentia postulanti. cum illi se obliget iudici cui occulta omnia nouerit reuelari; Dominus enim per ezechiel prophetam cum iureiurando promisit dicens; Uiuo ego. nolo

mortem peccatoris. sed magis ut conuertatur et uiuat; {Ez 33:11} [p. 90] Item dicit; Si impius egerit pēnitentiam ab omnibus peccatis suis. et fecerit iudicium et iustitiam. uita uiuet et non morietur; {Ez 18:21} Heu quam terribiliter iterum dicit; Si auerterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem. omnes iustitię eius quas fecerat non recordabuntur; In peccato enim suo quod peccauit: in ipso morietur; {Ez 18:24} Unumquemque enim deus de suo fine. non de uita preterita iudicat; Non enim inchoantibus premium promittitur. sed perseuerantibus datur; Nunc igitur simus melioris consilii nobismetipsis adtendentes illud propheticum isaię; Lauamini mundi estote. auferte malitiam de cordibus uestris; Quiescite agere peruerse. discite benefacere; Et si fuerint peccata uestra ut coccinum. quasi nix dealbabuntur; {Is 1:16–18} Ambulemus igitur fratres dum lucem habemus. ne nos tenebrę comprehendant. {cf. Io 12:35} nec differamus de die in diem. {cf. Sir 5:8} dum nescimus si uel unius diei spatium habemus; Qui sequitur me inquit dominus. non ambulat in tenebris. sed habebit lumen uite; {Io 8:12} Satis itaque alienus a fide est: qui ad agendam pēnitentiam. tempora senectutis expectat; Metuendum est ne dum sperat misericordiam. incidat in mortem; Salomon enim dicit; Spes quę differtur. affligit animam; {Prv 13:12} Et isidorus dicit; Qui male agere non desistunt. uana spe indulgentiam. de dei pietate requirunt; Corrigemus igitur nosmetipsos. et indulgentię spem habeamus; Nulla tam grauis est culpa. quę non habeat ueniam; Qui enim [p. 91] ueniam de peccato cadit; Desperatio peior. est. omni peccato; Nulla itaque securitas. nos a pēnitentię intentione suspendat; Multi enim se credebant longe tempore uiuere. et ita illos mors repentina subtrahit. ut nec ad momentaneam potuissent pēnitentiam peruenire; Erubescimus modo paruo tempore pēnitentiam agere. et non timemus sine ullo termino aeterna supplicia sustinere; Qui enim pro peccatis sibiipsi non parcit. deus cito illi indulgentiam tribuit. cui honor et gloria in secula seculorum amen;

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 148–49; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 620–21

[reprinting *KVNSTMANN*]; ed. F. *KVNSTMANN*, *Lateinische Poenentialbücher*, 102–03 [reprinting *THORPE*]; ed. *THORPE*, *Ancient laws*, 305)

I175; C133/D201 — cf. O149, which combines ‘ambulemus igitur ... spatium habemus’ with additional material  
Source Coll.Wig.I 175; Coll.Wig.C 133/D 201 — (see the sources for Coll.Wig.C 133/D201)

#### [O17] DE HIS QUI MORIENTIBUS PĒNITENTIAM DENEGANT.

Si quis presbiter pēnitentiam morientibus abnegauerit; reus erit animarum. quia omnibus morientibus secundum auctoritatem niceni concilii. sine cunctatione communitio post confessionem. et reconciliatio {reconciliatio *corr.*} prebeatur; Denique latro in cruce positus. propter confessionem unius momenti. hora ultima meruit. esse. in paradyso;

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 149; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 621 [reprinting *KVNSTMANN*]; ed. F. *KVNSTMANN*, *Lateinische Poenentialbücher*, 103 [reprinting *THORPE*]; ed. *THORPE*, *Ancient laws*, 305)

Note: the rubric for this canon is also found in the table of contents for Coll.Wig.B in MS O, p. vii

I176 — cf. O26, which combines the second part of this canon with material from Coll.quad. 4.5

Source Coll.Wig.I 176 — (see the sources for Coll.Wig.I 176)

#### [O18] DE PĒNITENTIARUM DIUERSITATE.

Legimus in pēnitentiali pro criminalibus culpis. annum. I. aut II. aut III. siue IIII. aut U. uel UI. uel UII pēnitentiam agere in pane et aqua; Uel pro aliis minutis culpis. diem I. aut ebdomadam.

uel mensem I. siue dimidium annum; Sed hec causa et ardua et difficilis. est. et istis iam temporibus id suadere penitentibus non possumus. Et ideo qui ita non potest. consilium damus. ut unusquisque penitens. in aliis piis operibus quantum potest studeat [p. 92] diluere peccata sua; Id est in orationibus et psalmis. ac uigiliis. et elemosinis. et assiduis lamentationibus siue in cruce stando. ac sepius flectendo genua. necnon et in susceptione pauperum et peregrinorum. et ieiunet sicut uenerabilis presbiter beda ordinauit; Ita enim dicit; Penitentia semper isto ordine seruata sit. ab uno anno et deinceps de qualicumque peccato id est in unaquaque ebdomada III dies sine uino. et medone. et carne. et ieiunet ad uesperam et manducet de sicco cybo. et III XLmas semper de sicco cybo uiuat; In diebus uero dominicis. et festiuitatibus precipuis faciat caritatem sicut sui compares clerici. uel laici faciunt; Ebrietatem autem et uentris distensionem in omnibus caueat. faciatque quod apostolus dicit; Siue manducatis. siue bibitis. siue quicquid facitis. omnia ad gloriam dei facite; {1 Cor 10:31} Tunc ergo digna penitentia est. si hoc modo impletur;

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 149–50, and coll. [as ‘C’] VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 44–5 [see below, n. 2]; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 621–22 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 103–04 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 306) cf. C115/D178, which abbreviates this canon and replaces O18’s ‘uiuat’ with ‘et ieiunet III dies ad nonam et III ad uesperam’ (from PPTH.800); *Old English Introduction*, S33.01–03 (ed. Frantzen, [www.anglo-saxon.net/penance/CORP190\\_369.html](http://www.anglo-saxon.net/penance/CORP190_369.html)), which translates into Old English similar material drawn from PREM.700

Source PPTH.800.15.42–3 (ed. van Rhijn, 44–5, lines 133–60).<sup>2</sup> Note: O18 substitutes ‘uiuat’ for PPTH.800.15.43’s ‘et ieiunet III dies ad nonam et III dies ad uesperam’ — ‘legimus ... consilium damus’: PBED.700.11, first three sentences, adapted; PREM.700.Redemptionstexte (ed. Asbach, 11, lines 5–9), adapted; ‘ita enim dicit ... impletur’: PECG.700.4.15–17, abbrev., adapted. Cf. also PECU.700.Redemptionstexte (ed. Schmitz, p. 601 line 9–p. 602 line 1, p. 602 lines 3–4, and p. 602 line 15–p. 603 line 3)

Source (festiuitatibus precipuis) PPTH.800.15.43 (ed. van Rhijn, 44–5, lines 148–56), condensed

### [O19] DE PENITENTIARUM DIUERSITATE

Theodorus. de egris qui ieiunare non possunt; Precium uiri. uel ancillę. pro mense. uel pro anno; Pro mense dicit uel anno. quia potentes plus dare possunt pro mense. quam pauperiores pro anno; Et qui potest implere quod in penitentiali scriptum est. ualde bonum est; Quia qui per corpus peccat. per corpus et peniteat; Qui autem ieiunare pro infirmitate non potest. secundum posse pauperibus elemosinam tribuat. id est pro unaquaque die. denarium. uel II. uel III et dimittat debitoribus et in se peccantibus conuertatque peccatores ab errore;

<sup>2</sup> These chapters from PPTHU.800 are not found in the version of this penitential located earlier in O (= *Coll. Wig. O* 15). Van Rhijn’s edition is very misleading here, since, for PPTH.800.15.42–3, she prints variants from the present canon (O18) as if these chapters were in O’s copy of PPTHU.800. In fact, PPTHU.800.15 concludes in O, p. 43, with ‘Qui hominem casu occiderit ... postea supra scriptum penitentiam agat’ (the first sentence of PPTH.800.15.42), omitting entirely the rest of the material that in other versions of the penitential make up PPTH.800.15.42–3. It therefore seems that the compiler of O (or rather O’s exemplar) removed the majority of the concluding two chapters of PPTHU.800.15 and added them to the end of the penitential proper, where they (as *Coll. Wig. O* 18) received further editorial attention, including minor changes to wording and the compression to ‘festiuitatibus precipuis’ of the lengthy section on feast days.

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 150; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 622, lines 3–12 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 104 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 306, lines 18–25)

cf. C111, which abbreviates this canon, and D174, which abbreviates C111; MS E, p. 125; ‘qui per corpus peccat per corpus et pēniteat’: also in C111, C195, D171, I166/O161, O160

Source MS E, p. 125, abbrev. — PREM.700.Redemptionstexte (ed. Asbach, p. 11, line 1–p. 12, line 6, and p. 13 lines 15–16), abbrev., adapted; cf. PECG.700.13.11 (ed. Schmitz, 671–72); PECU.700.Redemptionstexte (ed. Schmitz, p. 602 line 15–p. 603 line 15, and p. 604 line 7). Note: ‘et in unaquaque ebdomada ieiunet diem I uel II uel III’ probably omitted in O19 through homoioteleuton

**[O20] ITEM. [p. 93]**

Pro anno donet in elemosinam solidos XXX<sup>ta</sup>; Secundo anno. XX; Tertio anno. XV;

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 150; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 622, lines 12–14 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 104 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 306, lines 25–6)

cf. C112 first part, and D175 first part; MS E, p. 125

Source MS E, p. 125 — PECG.700.13.11 (ed. Schmitz, 672, line 6 n. 2; and cf. p. 671 lines 21–3), adapted; cf. PPTH.800.49.12; PECU.700.Redemptionstexte (ed. Schmitz, p. 603 line 35–p. 604, line 5); PREM.700.Redemptionstexte (ed. Asbach, 12, lines 8–16)

**[O21] ITEM**

Potentes potenter pēniteant. uel pēnitentiam potenter redimant. id est ut zacheus dicit; Domine dimidium bonorum meorum. et reliqua; {Lc 19:8} Et qui potest de terra aliquid ꝛcclesiis dei offerre in elemosinam. et de mancipiis dimittat liberos. ac captiuos redimat. et quod iniuste egit. ab illo die non repetat;

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 150; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 622, lines 14–19 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 104 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 306, lines 26–30)

cf. C112 second part, which adapts this and the preceding canon, and D175 second part, which adapts C112; MS E, p. 125; C196, which draws afresh on PPTH.800.49.13

Source MS E, p. 125 — PPTH.800.49.13 (ed. van Rhijn, 123, lines 59–69), abbrev., adapted; ‘et qui potest ... in elemosinam’: unidentified; cf. PECU.700.Redemptionstexte (ed. Schmitz, 603 lines 16–28); PREM.700.Redemptionstexte (ed. Asbach, p. 12 line 17–p. 13 line 15); PECG.700.13.11 (ed. Schmitz, 672 lines 6–10)

**[O22] ITEM**

Cantatio unius misse. pro tribus diebus tres misse. pro ebdomada; Duodecim misse. pro mense; Duodecies. XII misse. pro anno;

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 150; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 622, lines 19–21 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 104 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 306, lines 30–1)

cf. C113, which corrects ‘tribus’ to ‘duobus’, and D176, which copies the correction in C113; MS E, p. 125

Source MS E, p. 125, which reads ‘duobus’ for ‘tribus’ — unidentified

**[O23] ITEM.**

Pro uno die. L psalmi. cum genuflexionibus uel psalterium totum. sine genuflexione;

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 151; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 622, lines 21–2 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 104 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 306, lines 31–2)

C114/D177 — cf. MS E, p. 125

Source MS E, p. 125 — unidentified

#### [O24] ITEM

Qui psalmos non nouit. et ieiunare. siue uigilare. uel genucleare. uel in cruce stare. aut sepe prosternere. seu aliter penitere pro infirmitate non potest. eligat qui pro illo hoc impleat. et de suo precio aut labore hoc redimat. quia scriptum est; Alter alterius honora. et reliqua; {Gal 6:2}

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 151; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 622, lines 22–7 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 104 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 306, lines 32–6)

cf. MS E, p. 125

Source MS E, p. 125 — PPTH.800.49.8, adapted

Source (uel in cruce ... prosternere) unidentified

#### [O25] ALIA

Quidam dicunt quod non liceat missam cantare pro illo. qui publice penitentiam agit. nisi prius lauerit peccata sua cum lacrimis. Et iohannes apostolus dicit; Est peccatum usque ad mortem. pro illo dico ut quis non roget. {1 Io 5:16} id est qui in huius uite cursu penitentiam non agit. pro illo orationem fundere non licet. quanto magis nec sacrificium mediatoris offerre; Qui autem uel in ultimo uite spiritu fiducialiter penituerit. confitendo peccata. pro illo oportet orare illumque reconciliari. quia in actione penitentie. non tam consideranda est mensura temporis. quam doloris; [p. 94] Dominus namque per prophetam attestatus est dicens; In quacumque die peccator conuersus fuerit. et ingemuerit. saluus erit; Et psalmista dicit; Cor contritum et humiliatum deus non spernit; {Ps 50:19} Cui deo honor et gloria in secula seculorum amen;

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 151; ed. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen*, 622, lines 27–40 [reprinting KVNTSMANN]; ed. F. KVNTSMANN, *Lateinische Poenentialbücher*, 104–05 [reprinting THORPE]; ed. THORPE, *Ancient laws*, 306, lines 36–45)

cf. I167/O162; MS E, pp. 125–26

Source MS E, pp. 125–26 — cf. I167/O162

Source (illumque reconciliari) unidentified

#### [O26] ITEM DE RECONCILIATIONE.

Omnibus itaque morientibus secundum auctoritatem niceni concilii sine cunctatione. communio post confessionem et reconciliationis absolutio prebeatur; Multum enim utile ac necessarium est ut peccatorum reatus episcopali supplicatione et absolutione soluatur;

(ed. VAN RHIJN, *Paenitentiale pseudo-Theodori*, 151)

cf. O17/I176

Source (omnibus itaque ... absolutio prebeatur)

PPTH.800.35.4 (ed. van Rhijn, 96, lines 28–30)

Source (multum enim utlie ... soluatur)

Coll.quad. 4.5, partial, adapted; also in Coll.Wig.O 171, and in WVLFSTAN, *Sermo 10b* (ed. Bethurum, 197, lines 86–90) and *Sermo 10c* (in MSS I and E only [in MS I as part of marginal addition by Wulfstan]; ed. Bethurum, 206 n. to line 115)



**[O27] IN NOMINE DOMINI.***(O, pp. 94–6): In nomine domini**(ed. DI SCIACCA, 'Unpublished Ubi sunt piece', 226; ed. [partial] BETHVRVM, 'Archbishop Wulfstan's Commonplace Book', 922–23)***[O28] (O, pp. 96–7): 'Ecclesia sponsa'***(ed. CROSS, 'Atto of Vercelli', 245–46; ed. [partial] BAVER, 'Die Schrift', vi–x)**cf. C316/D258 and MS G, fol. 173v (De rapinis ecclesiasticarum rerum, ed. CROSS, 'Atto of Vercelli', 243–44); Wulfstan's Sermo 10b (ed. BETHVRVM, 195, lines 33–8)***[O29] DE CLERICIS SIUE ECCLESIASTICIS ORDINIBUS.**

Cleros grece. sors latine; Inde dicuntur clerici: [p. 98] quia de sorte sunt domini; Quorum etiam gradus. et nomina sunt hec; hostiarius. psalmista. lector. exorcista. acolitus. subdiaconus. diaconus. presbiter. uel episcopus; Archiepiscopus autem greco uocabulo. summus episcoporum. latine interpretatur; Archon enim grece. princeps latine; Inde archiepiscopus: princeps episcoporum dicitur; Tenet enim uicem apostolicam. cuius etiam subiecti esse debent; Et sicut presbiteri sub episcopis. ita et episcopi sub archiepiscopis. sollicitudinem christianam religionis et ecclesiasticam dignitatis obseruare debent; Maior quoque archiepiscopis sollicitudo ecclesiarum. et cura populorum propter pallia credita et accepta. quam ceteris episcopis qui proprias tantum procurant parrochias incumbit. quia canones antiqui precipiunt. ut omnes sciant metropolitanam. sollicitudinem totius prouintie gerere; Unusquisque etiam episcopus si quid in sua diocesi corrigere uel emendare nequierit. archiepiscopo ad corrigendum indicet; Et si quod absit ipse emendare non potuerit. in sinodo coram omnibus palam facient; Et si per sinodum non emendabitur. christiano imperatori. uel romano pontifici. et uicario sancti petri ad emendandum indicent. si tam<sup>3</sup> ingens causa fuerit; Sicque alieni fiant a sanguine animarum perditarum. que canonicam auctoritatem. uel excommunicationem pro nihilo ducunt. paruipendentes sanctorum sinodalia decreta. et antiquorum patrum canonica statuta;

*cf. II**Source (cleros ... obseruare debent)**Coll. Wig. I 1 — cf. ISIDORE, Etym. 7.12.1–10**Source (maior quoque ... incumbit)**BONIFACE, Epistola 78 (ed. Tangl, 163, lines 1–3) — DSIR.384.255, 1 (ed. Coustant), adapted**Source (quia canones ... prouintie gerere)**BONIFACE, Epistola 78 (ed. Tangl, 164, lines 22–4) — cf. CANT.328.9 (Dion.)**Source (unusquisque etiam ... palam facient)**BONIFACE, Epistola 78 (ed. Tangl, 164, lines 10–12), adapted**Source (et si per sinodum ... emendandum indicent)**BONIFACE, Epistola 78 (ed. Tangl, 164, lines 14–16), adapted**Source (christiano imperatori)**unidentified**Source (si tam ingens causa fuerit)**unidentified**Source (sicque alieni ... perditarum)**BONIFACE, Epistola 78 (ed. Tangl, 164, lines 19–20)**Source (que canonicam ... canonica statuta)**unidentified***[O30] DE DIUERSITATE ORDINUM.**


---

<sup>3</sup> tam ingens causa] *cf. O10: tam ingens labor*

**Di**uisa enim est ordo spiritalis. et ordo seularis; Spiritalibus [p. 99] conuenit. ut spiritalem militiam contra diabolum exerceant. id est ut fideliter deo semper seruiant. et pro populo christiano die noctuque intercedere non desistant; Seularibus autem conuenit. ut sint defensores sancte dei ecclesie. et propugnatores gregis christi. quoniam milites christi armis seularibus uti non debent. ut testimonia multa declarant; Apostolus quidem dicit; Nemo militans deo; et reliqua; {2 Tim 2:4} Contrarium itaque omnino est ecclesiasticis ordinibus post ordinationem redire ad militiam secularem; Et canonum auctoritas docet. ut quicumque clericus in bello. aut in rixa mortuus fuerit. neque oblatione. neque oratione. postuletur pro eo. sepultura tamen non priuetur; Multis igitur declaratur exemplis. episcopum. presbiterum. diaconum. uel monachum. arma bellica portare non licere. nisi tantum ea de quibus legitur; In omnibus sumentes scutum fidei. et reliqua; {Eph 6:16} Legitur siquidem in exodo. quod dum pugnaret iosue aduersum amalech: moyses non armis pugnabat sed extensis manibus deum orabat. et uincebat israheliticus populus; Ut autem remittebat manus. inualescebat amalech; {cf. Ex 17:8–13} Unde manifestatur. quia non in asta solummodo. et gladio saluat deus. sed potius in assiduis orationibus et ceteris diuinis seruitiis; Sumamus adhuc testimonium; Nam dominus noster iesus christus cum pro humano genere crucis uellet subire tormentum. et a militibus esset tentus. petrus euaginato gladio abscondit auriculam malchi. quam dominus sanitati restituit. et petro prohibuit. ne postea umquam gladio pugnaret; {cf. Io 18:10–12; Lc 22:49–51} Et quid nobis rectius quam ut eius imitemur ex[p. 100]plum? {sic} Sanctus quoque confessor martinus. dum a iuliano apostata iussus fuisset militaria suscipere indumenta. dixit se christi esse militem. et ideo non posse pugnare; His exemplariis docentur ecclesiastici. non bellicis. sed spiritalibus armis pugnare debere. eo auxiliante. qui uiuit et regnat in secula seculorum amen;

*cf. B165 (I162, O–), which appears to adapt portions of this text; C317; C194/D202; B159 (I157, O139); A75 (C79, D84); ‘multis igitur declaratur ... scutum fidei et reliqua’: O147*

*Source (diuisa ... multa declarant)*

*Coll.Wig.C 317; Coll.Wig.B 165 | adapted*

*Source (apostolus quidem ... non priuetur)*

*Coll.Wig.C 194/D 202, partial, abbrev., rearranged, adapted; cf. Coll.Wig.B 159; ‘contrarium itaque omnino ... ad militiam secularem’ also in Coll.Wig.B 165 — cf. DLEO.440.544, c. 12 (PL 54, cols 1206C–1207A) + ÆLFRIC Ep.2.178 (ed. Fehr, 55)*

*Source (multis igitur ... posse pugnare)*

*Coll.Wig.C 317, adapted; cf. Coll.Wig.B 165. Note: ‘petrus euaginato gladio abscondit auriculam malchi quam dominus sanitati restituit et’ probably omitted in C317 and B165 through homoioteleuton.<sup>4</sup>*

*Source (his exemplariis ... amen)*

*unidentified*

### [O31] DE ELECTIONE SACERDOTALIUM ORDINUM.

Scriptum est in lege domini; Eligatur sacerdos sine macula; Non gibbus [gl. id est curuus.] non lippus; [gl. clausis oculis] Non albuginem habens in oculo; Non iugem scabiem; non inpetiginem; non grandi. aut paruo. aut torto naso; non fracta manu. uel pede; non ponderosus; {cf. Lv 21:17–20} Que omnia uitia corporum. interiores languores designant animarum; Gibbus enim est. quem auaritia deprimit; Lippus. qui ab intuitu ueri luminis. mentis oculo caligat; Albuginem habet in

<sup>4</sup> Note, however, that the uncorrupted (and slightly adapted) sentence in *Coll.Wig.O 30* is marred by anacoluthon. The syntax should be emended to read *Nam cum dominus noster iesus christus pro humano genere...*

oculo. qui rectam intentionem boni operis. peruersitate maculat simulationis; Iugem habet scabiem. uel inpetiginem. qui zelotipus. iracundus. inuidus. inmitis. interiorum amaritudinum prurigines. ad subditorum euaporat lesiones; Grandi. uel paruo. aut torto naso est qui uim discretionis penitus ignorans. nunc nimis asper. nunc nimis remissus; Ubi misericors esse debuerat. crudelis est; Ubi seuerus. ibi laborat uideri pius; Fracta manu uel pede est qui bono opere torpens parationem habet. manum ad munus recipiendum. quam ad elemosinam largiendam; Ponderosus uero est qui carnalibus desideriis pressus. munditiam corporis quam subditis predicare debuerat. ipse non seruat; Ab his ergo [p. 101] uitiiis episcopus alienus esse debet. et per omnia inreprehensibilis apparere. quia lux est ecclesie a deo ordinatus. ut in euangelio legitur; Uos estis lux mundi huius; {Mt 5:14} Et item; Sic luceant bona uestra opera. ut glorificent patrem uestrum qui in celis est; {Mt 5:16} Episcopus itaque bonis operibus lucida exempla prebens. et sane doctrine sermonibus instruens. populum domini perducere debet ad pascua uite; Quod si neglexerit. indubitanter non premia. sed penas percipiet; Quapropter penset unusquisque in quanto periculo sit constitutus. qui animas regendas suscepit; Forte in diocesi unius episcopi centum milia aut eo amplius animarum sunt. pro quibus omnibus rationem redditurus est et pro uita uel morte singulorum pena uel premium suscepturus. Ideoque instanter fidem catholicam doceat. et omnes homines non solum uerbis. uerum etiam exemplis omnimodo instruat. ut mereamur audire a iudice christo; Euge serue bone et fidelis. et reliqua; {Mt 25:21/23}

(coll. [as 'Q'] HALL, 'Wulfstan's Latin sermons', 111–12)

'ideoque instanter ... omnimodo instruat': also in Wulfstan's *De past.et praedic.* — 'ideoque instanter ... omnimodo instruat': cf. A7 (C9, D7); 'et omnes ... omnimodo instruat': 1177, which adapts this sentence

Source (scriptum est ... ipse non seruat)

cf. GREG.MAG. *Reg.past. Book 11* (SC 381–82)

Source (populum domini perducere ... pascua uite)

also in WULFSTAN *De ven.sacerd.* (MSS C and D only) and WULFSTAN *De past.et praedic.* — Admon.gen.(789), pref. (ed. Boretius, 53, line 3), adapted

Source (ideoque instanter ... omnimodo instruat)

also in WULFSTAN *De past.et praedic.* (ed. Elliot, 45, lines 26–8); cf. Coll.Wig.I 177 — Coll.Wig.A 7, adapted

### [O32] ITEM DE ELECTIONE. GREGORIUS DICIT.

Sicut qui inuitatus renuit. quesitus refugit. sacris est altaribus promouendus. sic qui ultro ambit. uel inportunus se ingerit. est proculdubio repellendus; Nam qui nititur ad altiora conscendere. quid agit. nisi ut crescendo decrescat? cur non perpendat {perpendit *corr.*}. quia benedictio illi in maledictum conuertitur. quia ad hoc ut fiat hereticus promouetur; Paulus apostolus praecepit timotheo; Manus cito nemini imposueris. neque communicaueris peccatis alienis; {1 Tim 5:22} Quid est cito nemini inposueris manus. nisi ante etatem matu[p. 102]ritatis. ante tempus examinis. ante meritum laboris. ante experientiam discipline; Sicut enim boni operis comportat fructus. qui rectum scrutatur in eligendo sacerdotis iudicium. ita graue sibimet ipsi efficit dampnum. qui in suę dignitatis collegium sublimat indignum;

(first part ed. CROSS, 'Atto of Vercelli', 242)

cf. O40

Source (sicut qui ... promouetur)

Pontifical.Ecgb., 'cap.sanct.Greg.pap.' (ed. Banting, 16);

Pontifical.Lanalet. (ed. Doble, 52); cf. *Sacr.Greg.-Hadr.* 1801 (ed. Deshusses, I, 603); JOHN DIAC. *Vita Gregorii* (PL 75, col. 129A–C);

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)**Reg.adauct.Chrod. 67 (not attr. to Greg.) — DGRE.590.1747 (ed. Norberg, 784–85, lines 35–9, 57–9)*

Source (paulus apostolus ... indignum)

*Pontifical.Ecgb., 'item qual.common.paul.' (ed. Banting, 16);**Pontifical.Lanalet. (ed. Doble, 52) — DLEO.440.410 (recensio II), c. 2 (PL 54, col. 658A–B), partial, abbrev.***[O33] ITEM CANON SANCTORUM DE ELECTIONE EPISCOPORUM.**

In electione igitur pontificum sanctorum in omnibus canonum ordo sic obseruandus est: ut clerus et populus concordet; Electus quoque tam a metropolitano quam et coeternis comprouintialibus episcopis. diligentissime examinandus erit. quod si quis contra eum iuste aliqua poterit obicere. licentiam habeat in omnibus tunc uentilare. quem sicut uincere poterit de culpa. a benedictionis remoueat gratia; Agustinus dicit; Non enim debet ordinari. qui legitime possit accusari; Si uero dignus inuentus fuerit. tunc cum consensu regis uel principis ad cuius ditionem eadem parrochia pertinere uidetur. sollempniter ac deuotissime consecratur;

*(ed. CROSS, 'Atto of Vercelli', 240; ed. BAYER, 'Die Schrift', x–xi; coll. [as 'c'] BAYER, 'Die Schrift', 133–36)*

Source

*ATTO VERC. De press.eccl. 2 (ed. Bauer, p. 133 line 21–p. 135, line 6), adapted*

Source (agustinus dicit ... accusari)

*ATTO VERC. De press.eccl. 2 (ed. Bauer, p. 125 line 27–p. 127, line 2), abbrev. — ultimate source unidentified***[O34] ITEM CANON SANCTORUM**

Vt episcopus si fieri potest. a totius prouintie episcopis ordinetur. et si hoc difficile est. certe non minus quam a tribus;

*B106 (I106, O–) — cf. A11 (C13, D11), which adapts the same source*

Source

*Coll.vet.Gall. 5.1 — CNIC.325.4 (versio Rufini), first sentence, also as EVSEB.–RVFINVS HE 10.6 (eds Mommsen–Schwartz, II, 966, lines 13–14)***[O35] ITEM**

Episcoporum autem ordinationes fieri oportet dominicis diebus non in agris. uel in uillulis. sed ururbibus {in urbibus *corr.*} precipuis. pro tanti nominis dignitate;

*A12 (C14, D12); B107 (I107, O–) — cf. D268*

Source

*Coll.Wig.A 12***[O36] ALIA**

Presbiterorum uero et diaconorum in IIIor temporum sabbatis. scilicet ut dum hec ordinatio coram populo agitur. sub omnium testificatione. electorum ordinatorumque opinio discutiatur;

*B108 (I108; O–) — cf. A13 (C15, D13); D268; I184/O156*

Source

*Coll.Wig.D 268, partial, adapted; cf. I184/O156 — 'presbiterorum ... populo agitur': A13 (C15, D13), adapted. Note: 'populus uniuersus ad ecclesiam conuenit ordinationes clericorum fieri oportet, scilicet ut dum' perhaps omitted in O36 and B108 through homoioteleuton.*

**[O37] SI EPISCOPUS A METROPOLITANO ADMONITUS PRO SINODO UEL  
ORDINATIONE [p. 103] EPISCOPALI UENIRE DISTULERIT EX CONCILIO  
AGATENSI.**

Si metropolitanus episcopus ad conprouintiales episcopos epistulas direxerit. in quibus eos aut ad ordinationem summi pontificis aut ad sinodum inuitet. postpositis omnibus excepta graui infirmitate corporis. aut preceptione regia. ad constitutam diem adesse non differant; Qui si defuerint. sicut prisca canonum precipit auctoritas. usque ad proximam sinodum caritate fratrum. et ecclesie communi priuentur;

Source

cf. *Coll.Dach.* 2.62; *Coll.Hisp.* — *CAGT.506.35*

**[O38] DE ORDINATIONE ARCHIEPISCOPI.**

Legimus in istoriis anglorum scribente beda historiographo et laudabili doctore quod non tam<sup>5</sup> ingens labor incumbabat anterioribus diebus scilicet pallii gratia romam usque fatigari. quemadmodum postea mos inoleuit; Scripsit namque ipse prefatus doctor. quod beatus papa gregorius augustinum predicatorem genti anglorum direxerit non episcopum ordinatum. sed monachum. cum aliis eiusdem religionis cooperatibus Ipse namque augustinus post conuersionem predictę dantis. {gentis *corr.*} ab etherio arelatensi archiepiscopo archiepiscopus ordinatus est: iuxta quod iussa sancti patris gregorii acceperat; Postea uero augustinus successorem sibi laurentium adhuc uiuens ordinauit. exemplum sequens beati petri principis apostolorum. qui clementem adiutorem et successorem sibi consecrasset perhibetur; Post laurentium mellitus sedem dorouernensis ecclesie suscepit. et post mellitum iustus. qui ambo susceperunt scripta exortatoria a pontifice romanę et apostolicę sedis bonefacio. data sibi ordinandi episcopos auctoritate. cuius auctoritatis ista est forma; Dilectissimo fratri iusto. bonefacius; Pallium per latorem presentium {sic} fraternitati tuę benignitatis studiis inuitati direximus. concedentes etiam tibi ordinationes episcoporum. exigente oportunitate. domini preueniente misericordia celebrare. ita ut christi euangelium plurimorum adnuntiatione in omnibus gentibus quę necdum conuersę sunt dilatetur. et cetera. Nam iste iustus antea ab augustino episcopus ordinatus est: sicut et mellitus; Iste quoque iustus ordinauit paulinum archiepiscopum. et honorius papa misit pallium ipsi paulino. ubi gentem nordanhymbrorum cum suo rege ad fidem christi conuersam esse didicit; Qui paulinum {sic} post obitum predicti iusti. honorium dorouernensis ecclesie archiepiscopum ordinauit. cui etiam prefatus papa honorius misit pallium et litteras. in quibus continentur hec; Dilectissimo fratri honorio. honorius salutem; Iuxtam {sic} uestram petitionem et filiorum nostrorum regum. uobis per presentem nostram preceptionem uicę. beati petri apostolorum principis auctoritatem tribuimus. ut quando unum ex uobis diuina ad se iusserit gratia euocari. his {sic} qui superstes fuerit. alterum in loco defuncti debeat archiepiscopum ordinare; Pro qua etiam re singula uestre dilectioni pallia. pro eadem ordinatione celebranda direximus. ut per nostre preceptionis auctoritatem possitis deo placitam ordinationem efficere. quia ut hec uobis concederemus. longa terrarum marisque interualla. quę inter nos ac uos obsistunt. ad hec nos conscendere coegerunt. ut nulla possit ecclesiarum

<sup>5</sup> tam ingens labor] cf. *Coll.Wig.O 1*: tam ingens causa

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

uestrarum iactura [p. 105] per cuiuslibet occasionis obtentum quoquomodo prouenire. sed potius commissi uobis populi deuotionem plenius propagare; Deus te incolumen custodiat. dilectissime frater; Item alquinus maximus librarius scripsit ad offan regem anglorum dicens. quod archiepiscopus ab archiepiscopo debeat ordinari. et pallium ei debet mitti a domino apostolico. sed regum dissensiones hanc turbauerunt ordinationem. ita ut non potuit fieri quod fieri quamuis sancti canones firmissime decreuissent. numquam ob regum dissensiones. ecclesiastica statuta uiolari debuisse;

(this text edited by WHITELOCK, *C&S, Li, 445–47*, from a slightly fuller version in *MS G* [Whitelock did not collate *MS O*])

cf. *MS G*, fol. 176

Source

unidentified

Source (scripsit namque ipse ... custodiat dilectissime frater) cf. *BEDE, HE 1.23–2.17* (ed. Plummer, 42–120)

Source (item alquinus ... uiolari debuisse) cf. *ALCVIN Epistola ad Offanum* (ed. Lehmann)<sup>6</sup>

### [O39] DE ELECTIONE INDIGNORUM CANON SANCTORUM.

Si quis episcopus. aut presbiter. aut diaconus. per pecunias hanc optinuerit dignitatem. deiciatur et ipse et ordinator eius. et a communione modis omnibus absidatur. sicut symon magus a petro; Dominus quoque in euangelio dicit; Qui non intrat per hostium in ouile. sed aliunde ascendit. ille fur est et latro; {Io 10:1} Et item alibi dicit; Omnis plantatio quam non plantauit pater meus celestis eradicabitur; {Mt 15:13}

cf. *A10 (C12, D10); B50 (I51, O–)*

Source (si quis ... magus a petro)

*Coll.Wig.A 10; Coll.Wig.B 50 — Can.apost.30 (Dion.I/II)*

Source (qui non intrat ... et latro)

*Io 10:1*

Source (omnis plantatio ... eradicabitur)

*Mt 15:13*

### [O40] ITEM DE EADEM RE

Gregorius dicit; Itaque in episcopis ordinandis sinceritas semper uigeat. sit simplex sine uenalitate consensus. pura preferatur electio. ut ad summam sacerdotii non suffragio uenditorum prouectus. sed dei credatur esse iudicio; Nam quia graue omnino sit facinus. dei donum uel precio comparare. uel uendere. euangelica est testis auctoritas; Templum autem dominus et redemptor noster ingressus. cathedras uendentium columbas euertit; {cf. Mt 21:12} Quid aliud est columbas uendere. nisi precium [p. 106] de manus inpositione percipere. et sanctum spiritum quem omnipotens deus hominibus tribui misericorditer uoluit uenundare? et cum liqueat hanc heresim ante omnes radice pestifera surrexisse atque in ipsa sua origine apostolica esse detestatione dampnatam. cur non cauetur. cur non perpenditur. quia benedictio illi in maledictionem conuertitur? ambrosius dicit; Nempe hoc est quod doleo. quia archiepiscopus carnaliter episcopum fecit; Nam propter pecunias. specialiter leprosum ordinauit; Pecunia tua inquit apostolus. tecum sit in perditione. quia donum spiritus sancti precio comparare uoluisti; {Act 8:20} Quod autem dedit cum ordinaretur episcopus precium fuit. et quod perdidit anima fuit. et quod dedit lepra fuit; hec sunt mercimonia iniquorum. in perniciem eorum;

(ed. *CROSS, 'Atto of Vercelli', 241*)

<sup>6</sup> I have relied upon the reprinted text in Levison, *England and the Continent*, 245–46.

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)**cf. O32**Source* (itaque ... maledictionem conuertitur)*JOHN DIAC. Vita Gregorii 3.2 (PL 75, col. 129A–C); cf. ATTO VERC. De press.eccl. 2 (ed. Bauer, p. 75 line 21–p. 77 line 17), abbrev. — DGRE.590.1747 (ed. Norberg, 784–85, lines 40–49, 55–59)**Source* (nempe ... pernicię eorum)*PS.-AMBROSE, Lib.de dign.sacerd. 5 (PL 17, cols 576B–77B, abbrev.)***[O41] EX CONCILIO CALCIDONENSE TITULO SECUNDO QUOD NON DEBEANT OFFICIA ECCLĒSIASTICA PER PĒCUNIAS ORDINARI.**

Si quis ępiscopus per pęcuniam fecerit ordinationem. et sub precio redigerit gratiam. quę non potest uenundari. ordinaueritque per pęcuniam ępiscopum. aut presbiterum. aut diaconum. uel quemlibet ex his qui connumerantur in clero. aut promouerit per pęcunias. dispensatorem. aut defensorem. uel quemquam qui subiectus est regulę pro suo turpissimo lucri commodo. is cui hoc ad temptandi probatum fuerit. proprii gradus periculo subiacebit. et qui ordinatus est nihil ex hac ordinatione. uel promotione. quę est per negotiationem facta proficiat. sed sit alienus ea dignitate. uel sollicitudine quam per pęcunias adquisiuit. Si quis uero mediator tam [p. 107] turpibus et nefandis datis. uel acceptis extiterit. si quidem clericus fuerit. proprio gradu decidat. si uero laicus. aut monachus. anathematizetur;

*Source**cf. Pontifical.Ecgb., 'ex conc.calc.' (ed. Banting, 16–17), with some slight differences in wording — CCHA.451.2 (Dion.I/II)***[O42] ITEM CANON**

Ępiscopus. presbiter. aut diaconus. qui in fornicatione. aut periurio. aut furtu. aut homicidio captus est deponatur;

*Note: Coll.Wig.C/D/I/R do not have 'episcopus'**A83 (C87, D92); B34 (I36, O–)**Source**Coll.Wig.A 83, adapted — Can.apost.25, first half, adapted***[O43] DE LAPSIS GRADUUM.**

Quicumque dignitatem gradus non custodiuit. contentus sit animam saluare propriam. reuerti animam in eundem gradum nescio an non. deus scit; Romani dicunt; Qui cum gradu cecidit. sine gradu consurgat. contemptus {sic} nomine tantum; Verumtamen econtra in apocalypsi scribitur; Memento unde cecideras. et age pęnitentiam. et opera tua priora fac; Memento dicit unde cecideras. et age pęnitentiam. et priora opera fac. alioquin ueriam {ueniam corr.} et mouebo candelabrum tuum. de loco eius; {Apc 2:5} Non dixit pro eo quod cecidisti commouebo candelabrum. sed nisi pęnitentiam egeris. mouebo candelabrum tuum; Ergo prepositum peccantem in lapsu corporali. si preuenerit pęnitentia. delicti. utique sequitur et reparatio meriti; Nam et ipsum quod canonum censura. post VII annos remeare aliquando pęnitentem in statum pristinum permisit. non hoc ex electione proprii arbitrii patres. sed potius ex sententia ex {ex del} diuini iudicii sancxerunt; Nam legitur quod maria soror moysi prophetissa dum obtrectationis aduersum {aduersus corr.} moysen incurrisset delictum. ilico stigmatē. leprę perfusa est; Cumque peteret moyses ut emundaretur [p. 108] precepit eam deus extra castra VII diebus egredi. et post emundationem rursus eam in castris admitti; {cf. Nm 12} Maria ergo soror aaron caro

intelligitur sacerdotis. quę dum superbia debita sordidissimis corruptionum contagiis maculatur. extra castra VII diebus id est extra collegium sanctę ecclesię VII annis proicietur; Quibus peractis. post emundationem uitiorum loci siue pristinę dignitatis recipiet meritum; Ecce his exemplis ostenditur. eum posse restaurari aliquando proprio honore. et ad pristinos officii gradus redire. qui per dignam peccatorum confessionem et per penitentię satisfactionem. nouit propria delicta deflere; Eum uero non posse restaurari. qui nec luget quę gessit. et lugenda sine ullo pudore religionis. uel timore iudicii diuini committit; Ezechihel quoque propheta sub tipo preuaricatricis hierusalem ostendit post penitentię satisfactionem. posse ad pristinum redire honorem; Confundere inquit o iuda. et porta ignominiam tuam; {Ez 16:52} et post paululum. et tu inquit et filię tuę reuertimini ad antiquitatem uestram. et reliqua; {Ez 16:55}

*cf. A101 (C105, D111). Note that Copenhagen, Kongelige Bibliotek, Ny kgl. Sam. 58 (8°) (though it cannot here be the source) also mixes canons from Coll.Hib. with ISIDORE, Ep.ad Masson.*

Source (quicumque ... deus scit)

*Coll.Hib.A 11.1a, abbrev.; cf. Coll.Hib.B 13.1 (MS A, fol. 14v), which has slightly different wording*

Source (romani dicunt .... tua priora fac)

*Coll.Wig.A 101, adapted — ‘qui cum gradu ... nomine tantum’: Synod.II Patric. 10 (ed. Breen, 113, lines 39–40)*

Source (memento dicit ... de loco eius)

*Coll.Hib.A 11.4a, adapted; cf. Coll.Hib.B 13.4 (MS A, fol. 15r), which has slightly different wording*

Source (non dixit pro... reparatio meriti)

*ISIDORE, Ep.ad Masson. 9 (PL 83, col. 901A–B), partial, adapted; ‘non dixit ... candelabrum tuum’: also in Coll.Hib.A 11.4b/Coll.Hib.B 13.4 (MS A, fol. 15r)*

Source (nam et ipsum ... recipiet meritum)

*ISIDORE, Ep.ad Masson. 10–11 (PL 83, col. 901B–C); cf. Coll.Hib.A 11.6/Coll.Hib.B 13.6 (MS A, fol. 15v), which has different wording*

Source (ecce his ... diuini committit)

*ISIDORE, Ep.ad Masson. 12 (PL 83, col. 901C–D), partial, adapted*

Source (ezechihel quoque ... uestram et reliqua)

*ISIDORE, Ep.ad Masson. 5 (PL 83, col. 900A), partial*

[O44] **DE ACCUSATIONIBUS ET ÆXCUSATIONIBUS.** {**EXCUSATIONIBUS** *corr.*}

Sanctus martyr alexander. ac romanus papa. ait; Si quis erga episcopum. uel auctores ecclesię quamlibet quęrelam iustam crediderit. non prius primates aut alios adeat iudices. quam ipsos a quibus se lesum estimat. conueniat familiariter. {familiariter *corr.*} et non tantum semel sed sepiissime. ut ab eis aut suam iustitiam. aut iustam accipiat excusationem; Item felix; Ut nemo episcopum pęnes seculares arbitros ac[p. 109]cuset. sed apud summos primates; Rursum zephirinus; Patriarchę uero uel primates accusatum discutientes episcopum. non ante sententiam proferant finitimam. {sic} quam apostolica fulti auctoritate. aut reum seipse confiteatur. aut per innocentes et regulariter examinatos conuincatur testes; Dampnari autem summum sacerdotem absque sanctę romanę sedis auctoritate omnino interdixerunt sancti patres. quamuis audire. uel discutere. metropolitanis. una cum consensu omnium comprouintialium episcoporum sit licentia attributa;

*(ed. CROSS, ‘Atto of Vercelli’, 240; ed. BAVER, ‘Die Schrift’, xi–xii)*

Source (sanctus ... accipiat excusationem)

*ATTO VERC. De press.eccl. 1 (ed. Bauer, 9, lines 14–20) — cf. DALE.105.†24, c. 8, partial, as in PS.-ISIDORE, Decretales (ed. Hinschius, 98)*



Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)**Source* (item felix... summos primates)*ATTO VERC. De press.eccl. 1 (ed. Bauer, 13, lines 1–2) — DFEL.355.†230, c. 12.1, as in PS.-ISIDORE, Decretales (ed. Hinschius, 485)**Source* (rursum zephirinus ... conuincatur testes)*ATTO VERC. De press.eccl. 1 (ed. Bauer, 13, lines 16–21) — DZEP.199.†80, c. 2, partial, as in PS.-ISIDORE, Decretales (ed. Hinschius, 131)**Source* (dampnari autem ... licentia attributa)*ATTO VERC. De press.eccl. 1 (ed. Bauer, 9, lines 8–11)***[O45] GREGORIUS IOHANNI DEFENSORI. QUALITER DE EPISCOPO IANUARIO OBSERUANDUM SIT. SIUE DE ALIIS EPISCOPIS INIUSTE CONDEMPNATIS.**

De sancti episcopi persona hoc statuendum est ut si nulla contra eum criminalis causa que exilio uel depositione digna estimatione probata sit is qui eo uiuente superstitem peruersę ac contra canones in ecclesia eius ordinari presumpsit. sacerdotio priuatus ab omni ecclesiastico ministerio repellatur. et cetero {ceteri *corr.*} episcopi qui eum ordinauerunt. uel ordinatione eius consentientes interfuerunt. in sex mensibus dominici corporis et sanguinis communionem priuati. penitentiam agere in monasterio decernantur. et sanctus ianuarus loco et ordine suo modis omnibus reformetur; Si uero de communionem priuatis mortis contigerit imminere periculum. benedictio eis uaticis non negetur; Si igitur episcopi in preiudicio condemnationis. uel depositionis memorati episcopi se metu iudicis consensisse ac talia fecisse non sua sponte confessi fuerint. tempus eis adbreuiandum est et modus penitentię temperandus; Si uero ille [p. 110] qui locum eius inuasit de hac fortasse luce migrauerit. et alter est ordinatus. quia leuior culpa uidetur. non quasi ipsi superstiti sed successisse defuncto. episcopatus illi officium ab eadem tantum ecclesia interdicatur. ut in alia ecclesia que a sacerdote uacauerit si electus fuerit possit esse episcopus. ad illicitam tamen ecclesiam. numquam aliquo modo reuersurus;

*Source* (de sancti ... repellatur)*DGRE.590.1067 (ed. Norberg, 1053, lines 13–17)**Source* (episcopi qui eum ... reuersurus)*DGRE.590.1067 (ed. Norberg, 1053, lines 20–35)***[O46] DE IURAMENTIS EPISCOPORUM.**

Sunt quidam sanctę dei ecclesię inimici. qui satisfactionem summi sacerdotis sub iureiurando minime dicunt ualere. nisi plures etiam sacerdotes secum compellat iurare sed penitus ignoramus quo sancto concilio. uel cuius catholici et apostolici uiri decreto hoc sancitum {sancitum *corr.*} sit; Uerumptamen si pro alicuius iusti innocentia alicui placet sacramentum prebere caritatis causa. ut eum uel sic a persequentibus liberet. omnimodis placet; Igitur si sacerdotalis status iuxta prauorum exequeretur uoluntatem aut uix aut nullus inueniretur sacerdos; Sed ut ad incepta redeamus. nullum sanctorum patrum pro se ad sacramenta alios protraxisse uel inuitasse aliquando legimus; Nam dominus papa pelagius quamuis non solum inuide. uerum et suspitiosę quibusdam eminentibus causis in morte predecessoris sui se inmiscuisse accusaretur. propria solummodo manu prestitito sacramento omnibus satisfecit; Similiter et uenerabilis papa leo. cum a quibusdam falsidicis de crimine etiam fatigaretur. suo tantum purgatus est sacramento; Sic quoque et alii multi;

*(ed. CROSS, 'Atto of Vercelli', 240–41; ed. BAVER, 'Die Schrift', xii–xiii)**Source* (sunt quidam ... inimici qui)*unidentified**Source* (satisfactionem ... compellat iurare)*ATTO VERC. De press.eccl. 1 (ed. Bauer, 15, lines 10–13)*

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)**Source* (sed p̄nitus ... sancitum sit)*ATTO VERC. De press.eccl. 1 (ed. Bauer, 17, lines 5–7), adapted**Source* (uerumptamen si ... omnimodis placet)*ATTO VERC. De press.eccl. 1 (ed. Bauer, 15 lines 28–p. 17 line 2), adapted**Source* (igitur si ... inueniretur sacerdos)*ATTO VERC. De press.eccl. 1 (ed. Bauer, 21, lines 11–13)**Source* (sed ut ad ... est sacramento)*ATTO VERC. De press.eccl. 1 (ed. Bauer, p. 19 line 22–p. 21 line 2)**Source* (sic quoque et alii multi)*unidentified***[O47] DE UEXATIONE EPISCOPORUM.****Gregorius ait; Scimus itaque quia uita presulum nulli [pro eis] {[pro eis] ras.} ...***Source**cf. PS.-ISIDORE, Decretales, decreta Gregorii (ed. Hinschius, 750) — DGRE.590.†1334 (PL 77, col. 1324C), also in Paris, Bibliothèque nationale, Lat. 3182 (Collectio Fiscani), pp. 340b–43a (but approx. 2 folios containing the relevant part of this letter are now missing)*{desunt sex alia capitula *add. in mg. (modern hand)*}

\* \* \*

*A quire is missing between O, pp. 110 and 111; a contemporary (or near-contemporary) table of contents in O, pp. iii–x, however, records the following items as having been present in the missing quire:*<sup>7</sup> *‘LVIII. De pastore et predicatore’ (= WVLFSTAN, De ven.sacerd.?); ‘LX. Verba ezechielis prophete’ (= WVLFSTAN Sermo 16a?); ‘LXI. Item de pastore’ (= WVLFSTAN, De past.et praedic.?); ‘LXII. De episcopis et presbiteris’; ‘LXIII. De cotidianis operibus episcoporum’ (= Coll.Wig.I 178?); ‘LXIV. Augustinus aureliensis episcopus dicit’ (= Coll.Wig.B 1?); ‘INCIPIUNT CAPITULA DE CANONIBUS’; ‘[INCIPIUNT CAPITULA DE SACE]RDOTALI IURE ECGBERTI ARCHIEPISCOPI’ (= Coll.Wig.B 2–22?); ‘I. Item canon sanctorum’; ‘[II.] De regula canonicorum’; ‘[III.] De regula omnium christianorum’; ‘III. Item’; ‘[V.] De quatuor principalibus synodis’; ‘VI. De synodali conuentu’; ‘VII. De p̄nitentibus’; ‘VIII. De episcoporum ministris’; ‘VIII. De excommunicatis’; ‘[X]. Item de sinodis episcoporum’; ‘XI. De excommunicatis ex concilio antioceno’; ‘[XII. I]tem contra sanctę dei eęclesię inimicos’; ‘[XIII]. De excommunicatione contra contemptores legis dei et inimicos sanctę dei eęclesię’; ‘[XIII]. De his qui post excommunicationem cum luctu p̄nitentiae ad reconciliationem ueniunt’; ‘[XV]. De sceleratis uel publice contaminatis’; ‘[?] Item’; ‘[XVI]. Item exemplum leuioris p̄nitentię’; ‘[XVII]. De excerptiones libris canonicis’; ‘[XVIII. D]e humilitate et dignitate pastorum’; ‘[XVIII]. De timore humano’; ‘XX. De institutione patrum. [K]arolus de restauratione eęclesiarum’; ‘XXI. De sabbato’; ‘[XXII]. De his qui morientibus p̄nitentiam denegant’; ‘[XXIII. D]e cęna domini’; ‘XXIII. De consecratione crismatis’; ‘[XXV]. Vt ab alterius episcopo nullus crisma accipiat’; the next entry in the table of contents, ‘[XXVI. D]e coniugio’, corresponds to O103; thereafter the entries coincide with descriptive titles from the following series of canons*

**[O48] [p. 111] coniuantes. aut conspirantes. aut insidias ponentes episcopis gradu proprio p̄nitus abiciantur;**

<sup>7</sup> For the first three titles, compare the sequence of works in **I**, fols 122v–127r. For titles ‘III’ to ‘VI’ compare *Polity.II* 154–69 and 223–34, and *Incipit de synodo* (ed. Jost, *Die ‘Institutes of polity’*, 210–16), and cf. the discussion in Fehr, ed., *Die Hirtenbriefe*, civ n. 2. On the sources of *Polity.II* 154–69, see Fehr, ed., *Die Hirtenbriefe*, lxxviii–xxxii.

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)**B67 (I68)*

*Source* *cf. Coll.Dion.-Hadr. (ed. Wendelstein, fol. 46v); Coll.quad. 4.370; Coll.Dach. 2.1 — CCHA.451.18 (Dion.II), second half*

**[O49] ITEM**

Si quis alicuius episcopi clericum. uel monachum susceperit absque consensu illius. sacrilegus iudicetur. et a communione priuetur. quoadusque clericum uel monachum proprio episcopo restituat. quod et si clericus contumax redire noluerit: anathema sit;

*B68 (I69); A32 (C34, A32)*

*Source* *Coll.Wig.A 32*

**[O50] CANON HIBERNENSI.**

Qui leuauerit manum cum asta aut gladio ad percutiendum aliquem iuxta episcopum. redimat manum uel perdat. quod et si uulnerauerit. uel tondet caput cum barba et deo seruiat. primo tamen episcopo. sed et cui lesit satisfaciat;

*B69 (I70 first part) — cf. C208/D138; LawICn 3–3.2; LawGrið 13–13.1*

*Source* (qui leuauerit ... et deo seruiat) *Coll.Wig.C 208/D 138, abbrev. adapted*

*Source* (primo tamen episcopo ... lesit satisfaciat) *unidentified*

**[O51] ALIA**

Si quis autem clericum uulnerauerit. uel alicui ex ecclesiastico ordine nocuerit. secundum ordinis quantitatem septempliciter emendet. et secundum ordinis dignitatem peniteat. aut extorris proprio patria exulet. Dominus enim per prophetam dicit; Nolite tangere christos. et reliqua; {1 Par 16:22; Ps 104:15}

*B70 (I70 second part) — cf. B85 (I85, O66); C207/D137*

*Source* (si quis autem ... dignitatem peniteat) *unidentified, but cf. Coll.Wig.B 85 (I85, O66)*

*Source* (aut extorris ... christos et reliqua) *Coll.Wig.C 207/D 137*

**[O52] CANON AURELIANENSI.**

Abbatess pro humilitatis religione in episcoporum potestate consistant. et si quid extra regulam fecerint ab episcopis corrigantur; Qui semel in anno in loco ubi episcopus elegerit. accepta uocatione conueniant; Monachi autem abbatibus omni se obedientie deuotione subiciat; Quod si quis per contumaciam extiterit indeuotus. aut per loca aliqua euagari. aut peculiare aliquid habere presumpserit. omnia que adquisierit ab abbatibus auferantur. secundum [p. 112] regulam monasterio profuturam; Ipsi autem qui fuerint peruagati. cum auxilio episcopi tamquam fugaces sub custodia reuocentur. et reum se ille abba futurum esse cognoscat. qui in huiusmodi personas non regulari aduersione distrinxerit. uel etiam qui monachum susceperit alienum;

*B71 (I71); A33 (C35, D33)*

*Source* *Coll.Wig.A 33 — CORL.511.19 | omitting 'ubi inuenti fuerint'*

**[O53] CANON AURELIANENSIS.**

Si quis autem abbas cautus in regimine. et humilis. et castus. sobriusque misericors. et discretus non fuerit. ac diuina precepta uerbis et exemplis non ostenderit. ab episcopo in cuius consistit

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

territorio et a uicinis abbatibus et ceteris deum timentibus a suo arceatur honore. etiam si omnis congregatio uitiis suis consentiens. abbatem eum habere uoluerit;

*B72 (I72); A34 (C36, D34)*

*Source Coll.Wig.A 34 — Coll.quad. 4.207*

**[O54] CANON APOSTOLORUM**

Si extiterit abbas diuinis iussionibus preuaricator reguleque sancte contemptor. ab episcopo ciuitatis cum consensu abbatum aliorumque monachorum timentium deum. honore abbatis priuetur; Conuenit enim episcopum ciuitatis. ut sancta et magna synodus calcedonensis {calcedonensis *corr.*} decreuit. competentem monasterium {monasteriorum *corr.*} prouidentiam gerere;

*B73 (I73); A35 (C37, D35)*

*Source Coll.Wig.A 35 — Coll.quad. 4.208*

**[O55] LEO PAPA DICIT.**

Propositum monachi deseri non potest. aliquo pacto; Quod enim quis uouit deo. reddere debet; Psalmista namque dicit; Uouete et reddite domino deo uestro; {Ps 75:12}

*B74 (I74); A36 (C38, D36)*

*Source Coll.Wig.A 36 — DLEO.440.544, c. 14, first sentence, abbrev. + Ps 75:12*

**[O56] THEODORUS DICIT.**

Monachi non migrent de loco ad locum. sed in ea permaneant obediencia. quam tempore sue conuersionis promiserunt;

*B75 (I75); A37 (C39, D37)*

*Source Coll.Wig.A 37 — CHER.673.4*

**[O57] FRUCTUOSUS DICIT**

Monachus sancte regule uiolator [p. 113] siue contemptor. uel paruulorum incestuose aut adolescentium consecrator. publice uerberetur. coronam capitis quam gestat amittat. decaluatusque turpiter obprobria paciatur. uel uinculis artatus ferreis. carcerali angustia maceretur;

*B76 (I76); A38 (C40, D38)*

*Source Coll.Wig.A 38 — FRVCT. Regula 15 (ed. Campos, 154–55, lines 313–318), abbrev., adapted*

**[O58] CANON AGATENSI.**

Si quis monachus adulterium. aut furtum fecerit. quod potius sacrilegium dici potest. id censuimus ordinando. ut uirgis cesus tanti criminis reus. numquam officium clericatus excipiat. si uero iam clericus in id facinus fuerit deprehensus. nominis ipsius dignitate priuetur;

*B77 (I77); A39 (C41, D39)*

*Source Coll.Wig.A 39 — Reg.pat.III, 13 (ed. de Vogüé, 540), partial, adapted*

**[O59] AURELIUS EPISCOPUS DICIT.**

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

Carnes in cybo manachi {monachi *corr.*} numquam sumant. pulli uero uel altilia cuncta in congregatione non ministrentur. infirmis tantum prouideantur. et accipere liceat;

*B78 (I78); A40 (C42 first part, D40)*

*Source Coll.Wig.A 40 — AVREL. Reg.ad monach. 51.1–2 (ed. Schmidt, 254)*

**[O60] YSIDORUS EPISCOPUS DICIT.**

Abbati. uel monacho monasterii seruuum. non licet facere liberum; Impium est ut qui res ecclesie non contulerit. dampnum inferi[t]; {inferi *corr.*}

*B79 (I79); A41 (C42 second part, D41)*

*Source Coll.Wig.A 41 — ISIDORE, Regula 20 (ed. Campos, 119, line 494) + CTOL.633.67, partial*

**[O61] CANON.**

Si quis episcoporum. aut presbiterorum. uel ministrorum ex rebus ecclesie que in quibuscumque locis a fidelibus largiuntur aliquid aufert. et male rapta cum confusione restituet. et excommunicationis annue sententiam subbibit;

*B80 (I80); A42 (C43, D42)*

*Source Coll.Wig.A 42 — CTOL.655.1, partial, abbrev.*

**[O62] CANON HIBERNENSIS.**

Pecunia ecclesiastica furata siue rapta reddatur quadruplum. popularia duppliciter;

*B81 (I81); A43 (C44, D43)*

*Source Coll.Wig.A 43 — PTHU.700.1,3.2*

**[O63] ITEM CANON HIBERNENSIS.**

Si quis furatus fuerit pecuniam ab ecclesia mittatur sors ut aut illius manus abscidatur. aut in carcerem mittatur. diu ieiunans et gemens. et reddat integrum quod abs[p. 114]tulit. aut peregrinus abiciatur. et restituat duplum. et si in patria permanserit quadruplum restituat. et semper peniteat;

*B82 (I82) — cf. C204/D134*

*Source (si quis ... restituat duplum) Coll.Wig.C 204/D134, first part — Coll.Hib.B 31.8 (MS A, fol. 56r), abbrev., adapted*

*Source (et si in patria ... peniteat) unidentified*

**[O64] CANON TOLETANE.**

Si clericus in demoliendis sep[ul]chris fuerit deprehensus. a clericatus ordine. pro sacrilegio submouetur; Si quis sepulchrum uiolauerit VII annos peniteat. III ex his in pane et aqua;

*B83 (I83); A44 (C45, D44–5)*

*Source Coll.Wig.A 44 — CTOL.633.46, first sentence, adapted + PPAS.700.9 or PSLE.700.14, adapted*

**[O65] CANON HYBERITANUS.**

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

Eos qui ad ecclesiam confugerint trahi non oportet. [s\*\*\*\*s] {[s\*\*\*\*s] ras.} domini sui promissa intercessione persuadeant; Quod si ab ecclesia exeuntibus penale aliquid dominus intulerit. ut ecclesie inimicus habeatur excommunicatus;

*B84 (I84); A45 (C46, D46)*

*Source Coll.Wig.A 45 — Coll.Arel. 30*

[O66] **CANON HIBERNENSIS.**

Si quis alicui aliqua ratione nocuerit sub confugio ecclesiastico. uel sub aliquo sanctimonii signaculo. septempliciter emendat. reddat. et restituat. sed et VII annos in dura penitentia permaneat; Sin aliter. excommunicandus est ab omni ecclesia catholica;

*B85 (I85) — cf. C209–10/D139–40; B70 (I70 second part, O51)*

*Source Coll.Wig.C 209–10/D 139–40, abbrev., conflated, adapted*

[O67] **HIERONIMUS DICIT.**

Ecclesia defendit quos in sinu suo recipit more galline. que pullos proprios et alienos nutrit et defendit; Ita et ecclesia cunctos fugientes in se. defendere debet;

*B86 (I86); A46 (C47, D47)*

*Source Coll.Wig.A 46 — Coll.Hib.B 30.7 (MS A, fol. 53r–v), first part, abbrev.*

[O68] **CANON HYBERNENSE.**

Qui occiderit hominem inter septa monasterii exul cum dampnatione exeat. uel proiectis armis. raso capite et barba reliquum uite sue tempus deo seruiat. primo tamen ecclesie et parentibus satisfaciens;

*B87 (I87) — cf. C206/D136*

*Source Coll.Wig.C 206/D 136, abbrev.*

[O69] **GREGORIUS DICIT**

Qui peccant in loco sancto. in eodem quoque occidendi sunt; In loco castrorum finees interfecit uirum et meretricem. {cf. Nm 25:6–8} [p. 115] mathathias in templo iudeum. qui immolabat simulacro; {cf. 1 Mcc 2:15–24} Quicumque enim maculauerit sanctum. sancta non defendent eum; Christus male facientes in templo. flagis {flagris corr.} compescuit; Qui percusserit malos eo quod mali sunt. minister domini est;

*B88–9 (I88–9) — cf. A50–1 (C54–5, D59–60)*

*Source Coll.Wig.A 50 — Coll.Hib.B 30.16 (MS A, fol. 54v)*

*Source (mathathias ... simulacro) unidentified*

*Source (qui percusserit ... domini est) Coll.Wig.A 51 — Coll.Tur. 99; Coll.Hib.A 27.8a; Coll.Hib.B 29.12 (MS A, fol. 49r); ultimately from JEROME, Commentariorum in Hiezechielem libri XIV, 3.9.1b (ed. F. Glorie, CCSL 75 [Turnhout, 1964], 103, lines 422–24), abbrev., adapted*

[O70] **Homicidas et sacrilegos punire non est effusio sanguinis. sed legum ministerium; Nocet itaque bonis. qui parcat malis; Gentibus quemcumque pietatis sunt conferenda;**

*B90–1 (I90–1) — all but last sentence: cf. I170/O165, which incorporates this canon into a work titled 'De inproviso iudicio saecularium'; last sentence: A52 (C56, D61)*

*Note: O70–93 leave space for rubrics, but they are not filled in*

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

*Source* (homicidias ...legum ministerium) *Coll.Tur. 100, first part; Coll.Hib.A 27.8.c; cf. Coll.Hib.B 29.12 (MS A, fol. 49r), whose wording differs — JEROME, In Hieremiam libri VI, 4.35, vers. 22:1–5 (ed. Reiter, 201, lines 24–6)*

*Source* (nocet ... parcat malis) *cf. Coll.Tur. 100, second part — cf. Ps.-SENECA De moribus 114*

*Source* (gentibus ... conferenda) *Coll.Wig.A 52 — CORA.441.12 | adapted*

[O71] **Omni die exorcistae. inerguminis manus inponant; Qui palam aliquando arrepti sunt. non solum non assumendi ad ullum ordinem clericatus sed si iam aliqui ordinati sunt. ab inposito officio repellendi;**

*B92–3 (I92–3); A53–4 (C57–8, D62–3)*

*Source* (omni die ... inponant)

*Coll.Wig.A 53 — SEA 62 (= Carthage IV, 90)*

*Source* (qui palam ... repellendi)

*Coll.Wig.A 54 — CORA.441.15*

[O72] **Si homo uexatus a diabolo semetipsum quacumque causa occiderit. oretur tamen pro eo. si ante religiosus fuit; Qui autem aliter semetipsum occiderit. missas pro eo facere non licet;**

*cf. A105 (C165, D–)*

*Source*

*Coll.Wig.A 105, partial, abbrev. — PTHU.700.2,10.1–3*

[O73] **Placuit de his qui sibi quacumque negligentia mortem inferunt. ut eorum commemoratio in oblatione non fiat;**

*cf. A104 first sentence (C108)*

*Source*

*Coll.Wig.A 104, first sentence, adapted — Coll.quad. 4.97, rubric; Coll.Dach. 1.105, rubric*

[O74] **Sacerdote uerbum in ecclesia faciente. qui egressus de auditorio fuerit. excommunicetur;**

*B94 (I94); A55 (C59, D64)*

*Source*

*Coll.Wig.A 55 — SEA 31 (= Carthage IV, 24)*

[O75] **Laicus presentibus clericis. nisi ipsis prouocandis. docere non audeat;**

*B95 (I95); A56 (C60, D65)*

*Source*

*Coll.Wig.A 56 — SEA 38 (= Carthage IV, 98)*

[O76] **Omnis mundialis sapiens. si sapiens sit. non iudicia ecclesie;**

*B96 (I96); A57 (C61, D66)*

*Source*

*Coll.Wig.A 57 — Coll.Hib.B 24.34 (MS A, fol. 39r); Coll.Hib.A 21.26.b*

[O77] [p. 116] **Mulier quamuis docta et sancta sit. uiros in conuentu docere non audeat;**

*B97 (I97); A58 (C62, D67)*

*Source*

*Coll.Wig.A 58 — SEA 37 (= Carthage IV, 99)*

[O78] **Sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote. a parentibus aut paranymphis offerantur. qui cum benedictionem acceperint. eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis. in uirginitate permaneant;**

*B98 (I98); A59 (C63, D68)*

*Source*

*Coll.Wig.A 59 — SEA 101 (= Carthage IV, 13)*

[O79] Presbiterum conuiuio seularum nuptiarum interesse non debere. maxime competatur secundis nuptiis penitentiam tribuere

*B99 (I99); A60 (C64, D69)*

*Source* *Coll.Wig.A 60 — CNEO.315.7 (Isidori), first sentence*

[O80] Deuotis deo uirginibus nisi aut in pyphania. {sic} aut in albis paschalibus aut in apostolorum natalitiis. sacrum minime uelamen inponant. nisi forsitan sicut de baptisate dictum. graui languore correptis. ne sine hoc munere de seculo transeant. inplorantibus non negetur;

*B100 (I100); A62 (C66, D71)*

*Source* *Coll.Wig.A 62 — DGEL.492.636, c. 12 (ed. Thiel, 369)*

[O81] Placuit ut ante XXV annos etatis nec diaconus ordinetur. nec uirgines consecrentur. nisi rationabili necessitate cogente;

*B101 (I101) — cf. A63 (C67, D72); A15 (C17, D15)*

*Source* (placuit ut ... consecrentur) *Coll.Wig.A 63 — CCAR.397.1b (= Carthage III, 4, partial; CCAR.419.16d)*

*Source* (nisi ... cogente) *Coll.Wig.A 15 — ANSEGIS Coll.cap. 1.45 | final phrase*

[O82] Oportet tamen infantes cum uoluntate et consensu parentum. immo ab ipsis parentibus oblatos. sub testimonio plurimorum suscipi;

*B102 (I102); A64 (C68, D73)*

*Source* *Coll.Wig.A 64 — BASIL-RVFINVS, Regula 7.4 (ed. Zelzer, 39), first part*

[O83] Quicumque a parentibus propriis in monasterio fuerit delegatus. nouerit se ibi perpetuo mansurum; Nam anna samuhel puerum natum et ablactatum deo optulit. qui in ministerio templi permansit; {cf. 1 Rg 1:24–8}

*B103 (I103); A65 (C69, D74)*

*Source* *Coll.Wig.A 65 — BEN.AN. Cod.reg. 4 (eds Holste–Brockie, 189, Isidore’s rule),<sup>8</sup> partial, abbrev.*

[O84] Paruulus usque annos XV pro delicto corporali disciplina castigetur. post hanc uero etatem quicquid deliquerit. [p. 117] uel si furatur retribuat. seu etiam secundum legem exsoluat;

*B104 (I104) — cf. C217/D146*

*Source* (paruulus ... furatur retribuat) *ELRF 26, adapted*

*Source* (seu etiam ... legem exsoluat) *unidentified*

[O85] Vt nullatenus presbiter ordinetur ante XXX etatis annum. nisi rationabili necessitate cogente. quia dominus iesus non predicauit ante XXX etatis annum;

*B105 (I105) — cf. A14 (C16, D14); A15 (C17, D15); D268*

<sup>8</sup> The relevant part of Isidore’s *Regula* is not printed by Campos, who believes it to be an interpolation based on CTOL.633.49; cf. *Reglas monásticas*, eds. Campos–Roca, 95 n. to line 89.



Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

*Source* *Coll.Wig.A 14 — ANSEGIS Coll.cap. 1.49*  
*Source (nisi ... cogente)* *Coll.Wig.A 15 — ANSEGIS Coll.cap. 1.45 | final phrase*

[O86] Primitię omnis populi israhel erunt sacerdotum et decimę. et plura de primogenitis; {cf. Nm 5:9–10; 18:17–19} Uictima pro peccato et delicto [con]omedant {comedant *corr.*} ipsi. et omne uotum in israhel et omnia libamenta ex omnibus que offeruntur. sacerdotum erunt et primitiua cyborum;

*A49 first and second parts (C50 first two parts, D51–2)*

*Source* *Coll.Wig.A 49, first and second parts — Coll.Hib.B 2.13 (MS A, fol. 7v)*

[O87] Iecur {sic} et armum dextrum tuli a filiis israhel iure perpetuo. {Lv 7:34} et sacerdotum erunt;

*A49 third part (C50 third part, D53)*

*Source* *Coll.Wig.A 49, third part — Coll.Hib.B 2.13 (MS A, fol. 7v)*

[O88] Notandum quod aaron non fecit sibi uestimenta sed moyses. quod significat omnia necessaria sacerdotis a principe fieri;

*A49 fourth part (C–, D54)*

*Source* *Coll.Wig.A 49, fourth part — Coll.Hib.B 2.13 (MS A, fol. 7v) | abbrev.*

[O89] Notandum quod non aaron ipse fecit tabernaculum sed populus. et artifices consilio moysi. quod significat sacerdotum non esse construere ecclesiam;

*A49 fifth part (C51, D55)*

*Source* *Coll.Wig.A 49, fifth part — cf. Coll.Hib.B 2.13 (MS A, fol. 7v)*

[O90] Aaron non cedebat hostias nisi paucas. sed populus. manum tamen ponebat sacerdos super caput hostię. quod significat sacerdotum non esse post uictum laborare;

*A49 sixth part (C52, D56)*

*Source* *Coll.Wig.A 49, sixth part — Coll.Hib.B 2.13 (MS A, fol. 7v)*

[O91] Non aaron nec filii eius portabant tabernaculum et utensilia eius. sed tantum immolabant. quod significat ministros debere fieri cum sacerdotibus

*A49 seventh part (C53 first part, D57)*

*Source* *Coll.Wig.A 49, seventh part — Coll.Hib.B 2.13 (MS A, fol. 7v), adapted*

[O92] In lege quoque domini scriptum est; [p. 118] Qui altari seruiunt. de altare participantur; {1 Cor 9:13} In lege domini scriptum est; Decimas et primitias non tardabis offerre; {Ex 22:29} Et in leuitico; Omnes decimę terrę siue de frugibus siue de pomis arborum. domini sunt; {Lv 27:30} Boues. et oues. et capreę. que sub pastoris uirga transeunt. quicquid decimum uenerit. sanctificabitur domino; Non eligitur nec bonum. nec malum. nec alterum commutabitur; {Lv 27:32–3} Agustinus dicit; Decimę igitur. tributę sunt ecclesiarum. et egentium animarum; O homo inde dominus decimas expetit. unde uiuis; De militia. de negotio. de artificio. redde decimas; Non enim eget dominus noster. non premia postulat. sed honorem;

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

*B110–11 (I110–11); ‘qui altari ... participantur’: A49 eighth part (C53 last sentence, D58); ‘decimas ... offerre’: A68 (C72, D77) — ‘agustinus dicit ... sed honorem’: cf. MS H, fol. 43r–v. Note: O92 contains a sentence (‘in lege ... participantur’) that is missing from I110, perhaps due to homoioteleuton.*

*Source (qui altari ... participantur)*

*Coll.Wig.A 49 eighth part — Coll.Hib.B 2.13 (MS A, fol. 7v), adapted*

*Source (decimas ... commutabitur)*

*PIRMIN Scarapsus 24 (ed. Hauswald, 98–9, lines 2–7); ‘decimas ... offerre’: also in Coll.Wig.A 68*

*Source (decimę igitur ... redde decimas)*

*CAESARIUS, Sermo 33.1 (ed. Morin, 144, lines 30–6), abbrev., adapted; also in MS H, fol. 43r–v*

*Source (non enim eget ... sed honorem)*

*CAESARIUS, Sermo 33.2 (ed. Morin, 144, lines 3–4), adapted; also in MS H, fol. 43v*

[O93] Cum messueris segetem terrę tuę non tondebis usque ad solum superficiem terrę nec remanentes spicas colliges. neque in uinea tua racemos et grana decidentia congregabis. sed pauperibus et peregrinis carpenda dimittes; {Lv 19:9–10}

*B112 (I112)*

*Source*

*Lv 19, 9–10*

#### [O94] ITEM ET IN LEGE.

Si introieris in segetem amici tui. spicas frange. et manu contere. falce autem non metas; {Dt 23:25} hoc et discipuli saluatoris fecerunt. spicas uidelicet manibus fricantes. et manducantes sabbatis. {Lc 6:1} ut euangelium dicit;

*B113 (I113); A69 (C73, D78)*

*Source*

*Coll.Wig.A 69*

#### [O95] ALIA

Ingressus itaque uineam proximi tui. comedes uuas quantum tibi placuerit. foras autem ne feras tecum; {Dt 23:24}

*B114 (I114); A70 (C74, D79)*

*Source*

*Coll.Wig.A 70 — Dt 23:24*

#### [O96] INSTITUTIO PATRUM.

[p. 119] Die dominico nihil aliud agendum est nisi deo uacandum in ymnis. et psalmis. et canticis spiritalibus Dies quoque phachalis {paschalis *corr.*} ebdomadę. omnes ęquali religione colendi sunt;

*B115 (I115) — first sentence: cf. A66 (C70, D75)*

*Source (die dominico ... canticis spiritalibus)*

*Coll.Wig.A 66 — Reg.IV patr. 3.6–7 (ed. de Vogüé, 194), partial, abbrev., adapted*

*Source (dies quoque ... colendi sunt)*

*unidentified*

#### [O97] CANON AURELIANENSIS.

Id etiam miserationis intuitu equum duximus custodire. ut qui pro quibuscumque culpis carceribus deputantur. ab archidiacono seu a preposito ęcclesię. singulis dominicis diebus requirantur. ut necessitas uinctorum secundum preceptum diuinum misericorditer subleuetur. atque a pontifice competens uictus de domo ęcclesię tribuatur;

*B116 (I116); A67 (C71, D76)*

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)**Source Coll.Wig.A 67 — CORL.549.20***[O98] ITEM**

Qui dominica nocte nupserit VII dies pēniteat; Qui IIIa uel VI feria. III dies pēniteat; Qui in quadragesima ante pascha. I annum pēniteat;

*B117 (I117)**Source (qui dominica ... III dies pēniteat) PPTH.800.11.6–7 — PEGC.700.7.3; cf. PBED.700.3.37 | abbrev.**Source (qui in ... annum pēniteat) PPTH.800.11.3 — PEGC.700.7.4; cf. PBED.700.3.37 | first part, abbrev.***[O99] ALIA**

Indicta ieiunia ullus {sic} presumat infringere. uel uiolare. ne iram dei incurrat;

*B118 (I118)**Source unidentified, but cf. Coll.quad. 4.338, rubric***[O100] ITEM EX CONCILIO BRACARENSIS.**

Non oportet homines religiosos ante sacram horam diei terciam cybum sumere. nec conuiuia inire. neque clericos aliquando nisi ymno dicto edere panem. et post cibos gratias auctori deo referre;

*B119 (I118a)**Source cf. Coll.Dach. 3.72; Coll.Hisp. (Capitula Martini 65) — MARTIN Capitula 65 | first few words adapted***[O101] CANON SANCTORUM.**

Qui in matrimonio sunt. abstineant se III noctes. antequam communicent. et unam postquam communicauerint; Iude {Inde corr.} ait apostolus; Nolite fraudare inuicem. nisi ex consensu. ut uacetis orationi ad tempus; {1 Cor 7:5}

*B120 (I119)**Source PPTH.800.11.1, abbrev. — cf. PTHU.700.2,12.1–2; PEGC.700.7.3***[O102] GREGORIUS DICIT.**

Si quis coniugem suam si fieri potest. non cupidine uoluntatis. sed solummodo creandorum [p. 120] liberorum gratia utitur. iste profecto siue de ingressu ecclesie. seu de sumendo dominici corporis sanguinisque misterio. su {sic} est relinquens iudicio. quia a nobis prohiberi non debet cum ei iuxta prefinita sententia etiam ecclesiam licuerit intrare; Uerumptamen quia ipsa licita amixtio coniugis sine uoluntate carnis fieri non potest. ideo aliquando sacri loci ingressu abstinendum est quia uoluntas ipsa semper esse sine culpa nullatenus potest;

*B121 (I120); A61 (C65, D70)**Source Coll.Wig.A 61 — cf. DGRE.590.1843, c. 8***[O103] DE CONIUGIO SCRIPTUM EST IN LEGE.**

Si seduxerit quis uirginem necdum desponsatam. dormierit cum ea. dotabit eam et habebit eam uxorem. {Ex 22:16}

*B122 (I121); C134 — D112, which adapts this canon*

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)**Source* *Coll.Wig.C 134 — Ex 22:16***[O104] AUGUSTINUS DICIT.****Qui uxorem optat accipere. sicut illam uirginem inuenire desiderat. ita et ipse usque ad nuptias uirginitatem custodiat;***B123 (I122); C135**Source* *Coll.Wig.C 135 — CAESARIUS Sermo 43.5 (ed. Morin, 192, lines 17–19)***[O105] SINODUS ROMANA DICIT.****Filii cum ad nos {sic} pubertatis uenerint. cogantur aut uxores ducere. aut continentiam profiteri. sic et filie eadem etate. debent eandem legem seruare;***B124 (I123); A99 (C103, D109)**Source* *Coll.Wig.A 99 — Coll.Hib.B 56.6 (MS A, fol. 119v), adapted***[O106] PAULUS APOSTOLUS DICIT.****Propter fornicationem unusquisque suam propriam uxorem habeat. et unaqueque uirum suum; {1 Cor 7:2} Legitimum quoque coniugium. nullus separare presumat; Quod ergo deus coniunxit. homo non separet; {Mt 19:6}***B125 (I124) — first part: cf. C144/D204**Source* (propter ... uirum suum) *1 Cor 7:2**Source* (legitimum ... presumat) *Coll.Wig.B 130, first sentence — PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 50–1, lines 5–6)**Source* (quod ergo ... separet) *Mt 19:6***[O107] PAULUS DICIT.****Mulier sui corporis potestatem non habet sed uir. similiter et uir sui corporis potestatem non habet sed mulier; {1 Cor 7:4}***B126 (I125) — cf. C144/D204**Source* *Coll.Wig.C 144/D 204, partial; Coll.Hib.B 48.23 (MS A, fols 104v–103r); cf. Coll.Hib.A 46.23, which differs slightly in wording — 1 Cor 7:4***[O108] SYNODUS DICIT.****Muliere mortua licet uiro post mensem accipere alteram. post annum uero licet mulieri accipere alterum uirum;***B127 (I126); A87 (C91, D96)**Source* *Coll.Wig.A 87 — PTHU.700.2,12.10, adapted***[O109] [p. 121] PAULUS APOSTOLUS DICIT.****Mulier alligata est legi quanto tempore uiuit uir eius. quod si dormierit uir eius. liberata est cui uult nubat tantum in domino: Beatior autem erit. si sic permanserit; {1 Cor 7:39–40}***B128 (I127) — cf. C144/D204**Source* *Coll.Wig.C 144/D 204, partial — 1 Cor 7:39–40***[O110] ITEM CANON AFFRICANENSIS.**

Legitimum igitur coniugium non licet separare sine consensu amborum. potest tamen alter alteri cum consilio episcopi licentiam dare ad seruitutem dei accedere. Quidam etiam dicit; Siue uir siue mulier. ex consensu religionem ceperit. licet alterum accipere nouum coniugium sed puellam. uel puerum si continens. esse non poterit; Quod non laudo; Sed si quis uult coniugatus conuerti ad monasterium. non est recipiendus nisi prius a coniuge castimoniam proficiente {profitente *corr.*} fuerit absolutus; Nam si illo uiuente per incontinentiam alteri nupserit. proculdubio adultera erit. et qui eam dimisit particeps erit peccati illius;

*B129 (I128) — cf. A93 (C97, D103); C142/D118; C146/D206; C139/D116*

*Source* (legitimum ... dei accedere)

*Coll.Wig.C 142/D 118 — PTHU.700.2,12.7–8, adapted*

*Source* (siue uir ... uel puerum)

*Coll.Wig.A 93 — Coll.Hib.A 46.5, adapted*

*Source* (si continens esse non poterit)

*unidentified*

*Source* (quod non laudo)

*unidentified*

*Source* (sed si quis ... adultera erit)

*Coll.Wig.C 146/D 206 — Coll.quad. 4.78 (ultimately Isidore's Rule) | first part*

*Source* (et qui eam ... peccati illius)

*'versio vulgata' of HERMAS, Libell.sanct.past., mandatum 4.1 (ed. A. Hilgenfeld as 'Hermae Pastor. Veterum Latinam interpretationem' [Leipzig, 1873], p. 39, lines 13–17), adapted. Note: somewhat different wording can be found in the 'versio Palatina' of HERMAS, the relevant portion of which is quoted in Coll.Wig.C 139/D 116*

## [O111] DE LEGITIMO CONIUGIO

Legitimum enim coniugium nullus separare presumat. nisi ex amborum consensu. et propter amorem christi qui ait. qui reliquerit uxorem. et reliqua; Centuplum accipiet et uitam. et reliqua; {Mt 19:29} Et nemo aliter uxorem dimittat. nisi propter fornicationem. quia pharisaei temptantes dominum. interrogauerunt si licet hominem dimittere uxorem suam pro quacumque causa. respondit eis iesus; Non legistis quia qui fecit ab initio masculum et femina. fecit eos et dixit; Propter hoc relinquet homo patrem et matrem. et adheret uxori suae. et erunt duo in carne una; Itaque iam non sunt duo. sed una caro; [p. 122] Quod ergo deus coniunxit. homo non separet; Dicunt illi; Quid ergo? moyses mandauit dare libellum repudii. et dimittere; Ait illis; Quoniam moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras. ab initio autem non fuit sic; Dico autem uobis. quia quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob causam fornicationis. et aliam duxerit mechatur; {Mt 19:3–9} Unde et apostolus dicit; Precipio non ego sed dominus. uxorem a uiro non discedere; et iterum. {1 Cor 7:10} Alligatus es uxori. noli querere solutionem; Solutus es ab uxore. ne quesieris uxorem; {1 Cor 7:27} Alibi namque de adulterio. uel fornicatione scriptum est; Qui adulteram tenet. stultus et impius {insipiens *corr.*} est; {Prv 18:22} De filiis quoque adulteram eiciendis cum matribus suis ezechiel dicit; Eicite matrem fornicariam. et filios fornicationis. et reliqua; {cf. Gn 21:10} Et agustinus dicit; Si mulier fornicata fuerit relinquenda est. sed illa uiuente. altera non est ducenda; Ubi cumque igitur est fornicatio et fornicationis uera suspitio. libera uxor dimittitur; Aliter ergo si sterilis est. si deformis. si fetida. si temulenta. si iracunda. si malis moribus si luxuriosa. si fatua. si gulosa. si uaga. si iurgatrix. si maledica. tenenda erit. uelis nolis; Et qualiscumque accepta est habenda erit; Apostolus enim dicit; Cum enim eras liber. sponte seruituti te subiecisti;

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

*B130 (I129) — cf. B125 (I124, O106), which incorporates the first sentence of this canon; C156, first sentence/D120; C137/D114; B132 (I131, O–); C143/D203 and MS H, fols 47v–48r, which draw independently on Pirmin’s Scarapsus 16*

*Source (legitimum ... uitam et reliqua) PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 50–1, lines 5–8)*

*Source (et nemo aliter uxorem dimittat nisi) unidentified*

*Source (propter ... insipiens est) PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 51–3, lines 8–26), adapted. Note: ‘et qui demissam duxerit moechatur’ probably omitted in B130 through homoioteleuton.*

*Source (de filiis ... fornicationis et reliqua) Coll.Wig.C 156, rubric + first sentence (= Coll.Wig.D 120) — Coll.Hib.B 48.38 (MS A, fol. 105v), partial, adapted*

*Source (et agustinus ... non est ducenda) Coll.Wig.C 137/D 114 — Coll.Hib.A 46.2, second last sentence, adapted*

*Source (ubicumque igitur ... te subiecisti) PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 53–4, lines 26–31) — JEROME, Comm. in Math.libri IV, 3, vers. 19:9 (CCSL 77, 167, lines 768–69, 784–87) | adapted*

### [O112] CANON AFFRICANENSIS

Secundum euangelicam disciplinam. nec uxor a uiro dimissa [p. 123] alium accipiat uirum uiuente uiro suo. nec uir aliam accipiat uxorem. uiuente uxore priore. sed ita maneant. aut sibimet reconcilientur;

*B131 (I130) — cf. A90 (C94, D99); C140/D117; C141*

*Source Coll.Wig.C 140–41 — Admon.gen.(789) 43 + Reg.eccl.Cart.exc. 102, first sentence | conflated*

### [O113] CANON DICIT.

Si mulier discesserit a uiro suo despiciens eum nolens reuertere et reconciliari uiro. post V uel VII annos cum consensu episcopi. ipse aliam accipiat uxorem si continens esse non poterit. et peniteat III annos. uel etiam quamdiu uixerit. quia iuxta sententiam domini meçhus comprobatur;

*B133 (I132) — cf. C147 first part*

*Source Coll.Wig.C 147, first part — PPTH.800.13.24 | adapted*

### [O114] ITEM.

Si cuius uxor in captiuitatem ducta fuerit et eam redimi non poterit. post annos VII alteram accipiat. et si postea propria. id est prior mulier de captiuitate reuersa fuerit. accipiat eam posterioremque dimittat; Similiter autem et illa sicut superius diximus. si uiro talia contigerint faciat;

*B134 (I133) — cf. C147 second part*

*Source Coll.Wig.C 147, second part — PPTH.800.13.25 | abbrev., adapted*

### [O115] DE MATRIMONIO SERUULORUM.

Si seruum et ancillam. dominus amborum in matrimonio coniunxerit. postea liberato seruo. uel ancilla. si non potest redimi qui in seruitio est libero. licet sicut quibusdam placet ingenuo coniungere. sed tamen iuxta sententiam domini meçhus probatur; Qui uero taliter egerit. id est primam uxorem propter seruitium humanum dimittat. et postea liberam ducat uxorem. III annos peniteat. I in pane et aqua. sed et quamdiu uixerit. semper aliquid peniteat; Similiter quoque et

mulier peniteat. si taliter fecerit; Si quis liber ancillam. aut suam aut alterius in matrimonio acceperit. non habet licentiam dimittere eam [p. 124] si ante cum consensu amborum coniuncti sunt; Si uero dimiserit eam. et aliam ducit uxorem. siue ancillam. siue liberam. ut suprascriptum est peniteat;

*B135 (I134) — cf. C164/D129*

*Source* *Coll.Wig.C 164/D 129 — PPTH.800.10.34–5 | adapted*

**[O116] DE CONCUBINIS.**

Agustinus dicit; Quale est quod multi uirorum ante nuptias concubinas sibi adhibere non erubescunt. quas post annos dimittant. et sic postea legitimas uxores accipiunt; Unde coram domino. et coram angelis testor atque denuntio. deum ista coniugia semper prohibuisse. et numquam placuisse. et precipue temporibus christianis concubinas habere numquam licuit. numquam licet. numquam licebit;

*B136 (I135); C136/D113*

*Source* *Coll.Wig.C 136/D 113 — CAESARIUS, Sermo 43.4 (ed. Morin, 191–92, lines 1–12), abbrev., adapted. Note: ‘placuisse et precipue temporibus christianis concubinas habere numquam licuit numquam’ probably omitted in C136 through homoioteleuton.*

**[O117] LEONIS PAPAE AD RUSTICUM NARBONENSEM EPISCOPUM. QUOD ALIUD SIT UXOR ALIUD CONCUBINA. NEC ERRET QUIQUE SI FILIAM SUAM IN MATRIMONIUM CONCUBINAM HABENTI TRADIDERIT.**

Non omnis mulier uiro iuncta. uxor est uiri. quia nec omnis filius. heres est patris; Nuptiarum autem fœdera inter ingenuos sunt legitimam. et inter equales. et multo prius hoc ipsum domino constituyente. quam initium romani iuris existeret; Itaque aliud est uxor. aliud concubina. sicut aliud ancilla. aliud libera; Propter quod etiam apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem testimonium ponit ex genesi ubi dicitur abrahe. eice ancillam et filium eius; Non enim heres erit filius ancillæ. cum filio meo isaac; {Gn 21:10} Unde cum societas nuptiarum ita ab initio constituta sit. ut praeter sexuum coniunctionem quæ haberet in se christi et ecclesie sacramentum. dubium non est eam mulierem non pertinere [p. 125] ad matrimonium. in qua docetur nuptiale non fuisse ministerium; Igitur pater<sup>9</sup> si filiam suam uiro habenti concubinam in matrimonium dederit. non ita accipiendum est quasi coniugato eam dederit. nisi forte illa mulier dotata legitime. et publicis nuptiis honestata uideatur; Paterno arbitrio uiris iunctæ carent culpa. si mulieres quæ a uiris habebantur in matrimonio non fuerunt. quia aliud est nupta. aliud concubina;

*Source* *Coll.Dach. 1.62; cf. Coll.Hib.B. 48.19 (MS A, fols 103v–104r), lacking final part — DLEO.440.544, resp. 4–6 (PL 54, cols 1204B–1205B)*

**[O118] DE INCESTIS CONIUNCTIONIS.**

Nemo incestis coniunctionibus se inquinet. quia in leuitico scriptum est; Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedat. ut reuelet turpitudinem eius; {Lv 18:6} Et iterum; Anima quæ fecerit quippiam ex istis. peribit de medio populi sui; {Lv 18:29} Sane quibus coniunctio illicita interdicitur. habebunt in eundem melioris coniugii libertatem;

<sup>9</sup> Other versions of this canon have *cuilibet loci clericus/laicus*.

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)**B137 (I136) — cf. C148/D207**Note: the sources for the first and second parts overlap, in that they both quote Lv 18:6.**Source (nemo ... non accedat)**Coll.Wig.C 148/D 207 — PIRMIN Scarapsus 16 (ed. Hauswald, 54, lines 31–4), abbrev., adapted**Source (scriptum est omnis ... populi sui)**PPTH.800.14.24 (ed. van Rhijn, 34, lines 69–71)**Source (sane quibus ... libertatem)**PPTH.800.14.25***[O119] SINODUS DICIT.**

Quicumque inlicito matrimonio fuerint commixti. post penitentiam non debent fieri in una domo. ne se inuicem causa amoris copulent;

*B138 (I137); A85 (C89, D94)**Source**Coll.Wig.A 85 — Coll.Hib.B 49.32 (MS A, fol. 111v), adapted***[O120] ITEM DE THORO FRATRIS DEFUNCTIS. {sic}**

Audi decreta sinodi; Superstes frater thorum defuncti fratris non ascendat. domino dicente; Erunt duo. in carne una; {Mt 19:5} Ergo uxor fratris tui. soror tua est; {cf. Lv 18:16}

*B139 (I138)**Source**Coll.Hib.A 46.35.b; cf. Coll.Hib.B 48.29 (MS A, fol. 105r), whose word order differs slightly — Synod.II Patric. 25; cf. CORL.511.18***[O121] DE CONIUGIO ANTIQUO.**

Satis igitur manifestatum est non posse filios adam in primordio seculi uxores accepisse. nisi proprias sorores. aut propinquas consanguineas. sed semper erat inlicitum ab initio. uxorem aut concubinam patris uiolare; Unde iacob patriarcha dixit filio suo ruben; Effusus es [p. 126] sicut aqua. non crescas. quia ascendisti cubile patris tui. et maculasti stratum eius; {Gn 49:4} Unde et paulus apostolus doctor gentium de tali sacrilegio {sic} scripsit dicens; Auditur inter uos fornicatio et talis fornicatio qualis nec inter gentes ita ut uxorem patris aliquis habeat. et uos inflati estis. et non magis luctum habuistis. ut tolleretur de medio uestrum qui hoc opus fecit; {1 Cor 5:1} Ecce apostolus iudicauit de medio christianorum auferri. qui nouercam uiolare presumpsit dicens. nec inter gentes. id est inter paganos tale scelus fieri; {cf. 1 Cor 5:1–5} Uerum itaque est et satis late patet deum omnipotentem in lege moysi prohibuisse uxorem patris et fratris et proximi accipere. aut cum ea concubere. {cf. Lv 18:8; 18:16; 18:20} sed et hoc quod in deuteronomio scriptum est ut frater scilicet accipiat uxorem defuncti {sic} fratris. et suscitet semen fratri suo. {cf. Dt 25:5} non carnaliter intelligendum est. sed spiritaliter tenendum; Et ualde cecus doctor est qui nescit discretionem inter uetus et testamentum nouum. sed adhuc errat cecatus umbra antique caliginis. nesciens ueritatem gratie christi. et nescit legem et prophetas. usque ad iohannem baptistam prophetasse; Nam ipse dominus ait; Lex et propheta. usque ad iohannem; {Mt 11:13} A diebus autem iohannis baptiste usque nunc. regnum celorum uim patitur. et uiolenti rapiunt illud; {Mt 11:12} Et quicumque cecatus corde adhuc solam litteram sequitur cum iudeis. sine spiritu uiuificante. et gratia christi perdurat. manducans crustas panis. et non micas internas; Magna distantia est inter litteram [p. 127] occidentem. et spiritum uiuificantem. et ualde ignarus et ignauus et insipiens doctor est qui post tot annos. et post tot tractatores qui libros de lege moysi tractauerunt a deo inspirati. adhuc iudaizare uult.



contempnendo christum et omnes sanctos doctores; In deuteronomio enim legimus. ut quando habitauerint fratres simul. et unus ex eis absque liberis mortuus fuerit. uxor defuncti non nubet alteri. sed accipiat eam frater eius et suscitabit semen fratris sui. et primogenitum ex ea filium nomine eius appellabit. ut non deleatur nomen eius ex israhel; Sin autem noluerit accipere uxorem fratris sui. quę ei lege debetur. perget mulier ad portam ciuitatis et interpellabit maiores natu et dicet; Non uult frater uiri mei suscitare nomen fratris sui in israhel. nec me in coniugium sumere; Et statim accersiri eum facient. et interrogabunt eum; Si responderit nolo eam uxorem accipere. accedet mulier ad eum. coram senioribus et tollet calcimentum *{sic}* de pede eius. spuetque in faciem eius et dicet; Sic fiet homini qui non ędificat domum fratris sui. et uocabitur nomen eius in israhel domus decalciati; *{Dt 25:5–10}* De hoc enim quod in deuteronomio scriptum est et in euangelio. quod frater accepit uxorem defuncti fratris ut suscitaret semen fratri suo. non est christianis tenendum carnaliter. sed spiritaliter; Christus ait in euangelio; Omnes autem uos fratres estis. et unus est pater uester qui in cęlis est; *{Mt 23:8–9}* Et cum habitauerint fratres spiritaliter simul. et ille frater qui preest ęcclesię dei transerit *{sic}* de sęculo ad christum. accipiat tunc frater eius ęcclesiam dei regendam. et suscitet [p. 128] spiritales filios deo. ne deficiente uno doctore mortali conditione. sterilis fiat sponsa christi. quę est mater omnium nostrum; Et si quispiam doctor non uult regere ęcclesiam post obitum alterius doctoris. non curans de salute aliorum. sed de sua propria. erit tunc discalciatus contra hoc quod paulus dixit. et calciati pedes in preparatione euangelii pacis; *{Eph 6:15}* Et iterum; Quam speciosi pedes euangelizantium pacem euangelizantium bona; *{Rm 10:15}* Si non uult uerbum dei seminare si potest. sed talentum christi in sudario. hoc est torpore ignauię suę abscondere. erit consputus ab ęcclesia in facię. confusione dignus. proiectus in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium; *{Mt 25:30}* Sed accipiat semper doctor post doctorem ęcclesiam dei regendam usque in finem sęculi. ut suscitentur spiritales filii christo de sponsa sua uirgine. sicut ipse instituit. quia qui non uult laborare pro deo. non est dignus mercede;

*B150 (I148)*

Source

*unidentified*

[O122] **CANON BOMANUS.** *{sic}*

Laicus maculans se cum ancilla dei. cum spiritali commatre. uel cum propinqua. aut forte cum illa quam antea cognatus habuit. primitus anathematizetur. postea VII annos pęniteat. III in pane et aqua; Similiter et illa pęniteat. quia christiana religio fornicationem in utroque sexu. pari ratione condempnat;

*B143 (I142) — cf. C199–201; C151/D210; C157–58/D122–23*

Source

*Coll.Wig.C 199–201, conflated; cf. Coll.Wig.C 151/D 210 and Coll.Wig.C 157–58/D 122–23 — cf. PPTH.800.12.7, 10, 21 + PPTH.800.14.22*

[O123] **ALIA.**

Gregorius papa apostolicus. ante corpus beatissimi petri in synodo residens dixit; Si quis presbiteram duxerit in coniugium anathema sit;

*B144 (I143)*

Source

*CROM.721.pref. + 1, partial*

**[O124] ITEM**

Si quis monacham [p. 129] quam dei ancillam appellant duxerit. anathema sit;

*B145 (I144)*

**[O125] ALIA**

Si quis de propria cognatione. uel quam habuit cognatus duxerit uxorem anathema sit; Ad quod respondententes omnes dixerunt. amen;

*B146 (I145) — cf. C316/D258, O28, WVLFFSTAN, Sermo 10b, 10c, and Polity.I 114/II.219, all of which also contain the phrase ‘ad quod respondententes omnes dixerunt amen’*

Source (si quis ... anathema sit) *CROM.721.9, partial*

Source (ad quod ... amen) *unidentified, but cf. C316/D258, O28, WVLFFSTAN, Sermo 10b (ed. Bethurum, 195, line 43), 10c (ed. Bethurum, 202, lines 50–1), and Polity.I 114/II.219*

**[O126] ITEM**

Si quis cum duabus cognatis fornicationem fecerit. primatus anathematizetur. deinde VII uel X annos peniteat;

*Note: the text printed by van Rhijn as part of PPTH.800.14.25 is an interpolation found only in MS O, p. 37.*

*B147 (I145a)*

Source *PPTH.800.14.25 (in MS O only; ed. van Rhijn, 35, lines 94–5)*

**[O127] GREGORIUS DICIT.**

Progeniem suam unumquemque usque ad VIIam seruire decernimus generationem. et quamdiu se agnoscunt affinitate propinquas coniugium ducere nulli profecto christianorum licet. uel licebit. et nolumus nos in hac re a uobis siue a ceteris fidelibus reprehendi. quia in his anglorum genti indulsumus. non formam dando sed considerationem. ne christianitatis bonum quod ceperant. imperfectum dimitterent egimus;

*B148 (I146) — cf. B149 (I147, O128), second part, which abbreviates the same source material differently*

Source *cf. PS.-ISIDORE, Decretales, decreta Gregorii (ed. Hinschius, 751) — DGRE.590.†1334 (PL 77, col. 1326A–B); also in Paris, Bibliothèque nationale, Lat. 3182 (Collectio Fiscani), p. 341b | abbrev.*

**[O128] DE SCEMATIBUS.**

Scemata dicuntur ramusculi ex genere. cum gradus cognationum partiuntur; Utpote ille filius. ille pater. ille auus. ille auus. alle {ille *corr.*} agnatus. et ceteri quorum figure in subsequentibus apparent; Et hæc consanguinitas dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens usque ad ultimum gradum subtraxerit et propinquitas. esse desierit. eam rursus lex matrimonii uinculo repetit. et quodammodo reuocat fugientem; Ideo autem usque ad sexum {sic} generis gradum consanguinitas constituta est ut sicut sex ætatibus mundi. generatio et hominis status finitur. ita et propinquitas generis tot gradibus terminaretur; [p. 130] Inter hos itaque propinquitatis gradus ad coniugalem copulam nemini accedere conuenit. nec eam quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit in coniugium ducere nulli profecto christianorum licet uel licebit. quia incestuosus talis coitus abhominabilis est deo; Incestuosos uero nullo coniugis nomine deputandos. a sanctis patribus dudum statutum esse legimus.

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

B149 (I147) — ‘*nec eam quam ... esse legimus*’: cf. B148 (I146, O127), which abbreviates the same source material differently; ‘*scemata ... terminaretvr*’: D211

Source (scemata ... subsequentibus apparent)

ISIDORE, *Etym.* 9.6.28, *abbrev.*, adapted

Source (et hæc consanguinitas ... terminaretur)

ISIDORE, *Etym.* 9.6.29

Source (inter hos itaque ... conuenit)

unidentified

Source (nec eam quam ... esse legimus)

cf. PS.-ISIDORE, *Decretales, decreta Gregorii* (ed. Hinschius, 751) — DGRE.590.†1334 (PL 77, col. 1326B); also in Paris, *Bibliothèque nationale, Lat. 3182 (Collectio Fiscani)*, p. 341b | *abbrev.*

*The rest of O, p. 130 and all of p. 131 were left blank by the main scribe (Hand A), who perhaps was anticipating that a table of consanguinity would be added at this point (such tables are often paired in medieval manuscripts with an arbor consanguinitatis like that found in O, pp. 132–33). Three later, though near contemporary hands (s. xi<sup>med</sup>, probably writing at Exeter) have added material to the blank pages. Hill, ‘Two Anglo-Saxon bishops at work’, 154, suggests that additions were made under the direction of Bishop Leofric.*

[O128a] {*Hand A stops; Hand B begins*} **EX DECRETIS SANCTI GELASII PAPAË.**

Quod in unaquaque ecclesia cui episcopus preest tam de redditibus {reddendis decimis *gl. sup. lin.*} quam de fidelium oblationibus quattuor debeant fieri portiones. Ut una sit episcopi. alia clericorum. tertia pauperum. quarta ecclesę fabricis applicetur. Vt preter paschale tempus et pentecosten nemo baptizare presumat. nisi eos tantum quos egritudo extrema compulerit. Vt nemo litteras nesciens uel aliqua parte corporis imminutus promoueatur ad clerum. Vt uiduę non uelentur {ab episcopis. *add. Hand D*}

Source DGEL.492.636, *titt.* 27 + 10 + 16 + 13 (ed. Thiel, 360–61)

Source (ab episcopis) unidentified, but cf. DGEL.492.636, c. 13 (ed. Thiel, 369): ‘*uiduas autem velare pontificum nullus attentet*’

[O128b] {*Hand B stops; Hand C begins*} Gyf feoh sy underfangen. Gyf hit sy hors. sing on his feteran. oððe on his bridele. Gyf hit sy oðer feoh. sing on þæt fotspor. 7 ontend III candela. 7 dryp on þæt hofrec þæt wex þriwa. Ne mæg hit þe nan man forhelan. Gif hit sy innorf. {in norf (!) *corr.* }

Sing þonne on feower healfe þæs huses. 7 æne on middan. Crux christi reducat. Crux christi per furtum periit inuenta est abraham tibi semitas uias montes concludat iob et flumina ad iudicii ligatum perducatur.

Iudeas crist ahengan. þæt heom com to wite swa strangan. gedydan heom dæda þa wyrrestan. hy þæt drofe on guldon hælán hit heom to hearne micclum. for þam hi hyt forhelan ne mihtan;

Note: a charm against stolen property

(ed. MCBRYDE, ‘Charms to recover stolen cattle’, 181)

[O128c] [p. 131] {*Hand C stops; Hand B resumes*} **EX DECRETIS SANCTI LEONIS PAPAË.**

Ut nullus episcopus seruum alterius ad officium clericatus promoueat. Ut si quis sacerdotum contra interdicta fecerit. a suo submoueatur officio. Quod in die epiphaniarum prohibeatur baptismum celebrari. {id est ut fons baptismatis secundum malam consuetudinem non

consecratur. *gl. sup. lin.*} Quod aliud sit uxor aliud concubina. nec erret quisquis filiam suam tradiderit ei qui habuit concubinam. Quod non sit coniugii duplicatio. quando ancilla reiecta uxor assumitur.

*Source* DLEO.440.402 titt. 1, 5 (PL 54, col. 610A–B) + DLEO.440.414, tit. 1 (PL 54, col. 695B) + DLEO.440.544 titt. 4, 5 (PL 54, cols 1198–1199A)

[O128d] {*Hand B stops; Hand D begins*} **THEODORUS DICIT.**

Si quis in seclari habitu uota uouerit sine consensu episcopi. ipse habet potestatem soluendi si uoluerit. Qui ordinati sunt a scottorum. aut a britto[\*]um {brittonum *corr.*} episcopis. qui in pascha et in tonsura adunati ecclesie catholice non sunt. Iterum ab episcopo catholico manus inpositione confirmentur et aliqua conlectione similiter et ecclesie quae ab ipsis episcopis supradictis consecrentur aqua exorciza aspergentur. et aliqua collectione confirmentur.

*Source* PTHD.700.115–17 (ed. Finsterwalder, 248)

[O128e] **XXVIII. DE EO QUOD NON IUDICANDI SUNT CLERICI A LAICIS SED LAICI A CLERICIS IUDICANDI SUNT. IN ISTORIA ECCLESIASTICA.**

Constantinus rex ait ad episcopos ad se congregatos CCCXVIII deus uos constituit sacerdotes et potestatem uobis dedit de nobis quoque iudicandi. et ideo nos a uobis recte iudicamur. uos autem non potestis ab hominibus iudicari propter quod dei solius inter uos expectate iudicium. et uestra iudicia quecumque sint ad illud examen seruentur. Uos etenim nobis dati estis dii. et non est conueniens ut homo iudicet deos sed ille solus de quo scriptum est. Deus stetit in sinagoga deorum. et reliqua. {Ps (G) 81:1}

*Source* Coll.Hib.A 21.29; cf. Coll.Hib.B 24.37 (MS A, fol. 39v), whose wording differs slightly — EVSEB.—RVFINVS HE 10.2 (eds Mommsen–Schwartz, II, 961, lines 10–17)

[O128f] Non oportet iudices ecclesie habere timorem hominum sed<sup>10</sup> timorem dei. quia<sup>11</sup> timor dei principium sapientie est. non oportet iudices ecclesie dei habere sapientiam mundi. quia sapientia mundi stultitia est apud deum. sed sapientiam habere dei.

*Source* Coll.Hib.A 21.12; cf. Coll.Hib.B 24.18 (MS A, fol. 36v), whose wording differs slightly

[O128g] **UT NULLUS ACCUSATI SEDEM USURPET EPISCOPI.**

Gaudentius episcopus dixit. addendum si placet huic sententie: quam plenam sanctitatem protulistis. ut cum aliquis episcopus depositus fuerit eorum episcoporum iudicio qui in uicinis locis commorantur. et quod clamauerit agendum sibi negotium in urbe romana alter episcopus in eius cathedra post appellationem eius qui uidetur esse depositus omnino non ordinetur. Nisi causa fuerit in iudicio episcopi romani determinata.

*Source* cf. Coll.Dach. 2.32; CRESCONIVS, Conc.can. 150 — CSAR.347.3

{*Hand D stops; Hand A resumes*}

<sup>10</sup> sed] written .s., as if scilicet

<sup>11</sup> This and the following *quia* written *q* with a horizontal stroke through the descender, as if *qui*

[O129] (**O**, pp. 132–33): *arbor consanguinitatis* ('*auctor mei generis mihi pater est ... propinquitatis esse desinit*')

*cf. D211, which (in the company of an arbor consanguinitatis) inserts this text into ISIDORE, Etym. 9.6.28–9*

*Source (diagram) cf. ISIDORE, Etym. 9.6.28 stemma 2*

*Source cf. ISIDORE, Etym. 9.6.23*

[O130] [p. 134] **ITEM DE CONSANGUINEIS GREGORIUS INTERROGATIONIBUS AUGUSTINI ITA RESPONDIT.**

QUEDAM terrena lex in romana republica permittat. ut siue frater et soror. seu duorum fratrum. uel duarum sororum filius et filia misceantur. sed experimento didicimus ex tali coniugio. sobolem non posse succrescere; Et sacra lex mosaica prohibet cognationis turpitudinem reuelare; Unde necesse est ut iam tertia uel quarta generatio fidelium licenter iungi debeat; Nam Ila quam prediximus. a se omnimodo abstinere debet;

*B141 (I140); C153/D213*

*Source Coll.Wig.C 153/D 213 — DGRE.590.1843, c.5 (eds Ewald–Hartmann, 335, lines 7–12)*

[O131] **ITEM GREGORIUS FELICI EPISCOPO**

Uere post multum temporis a felice mesanę sicilię presule requisitus Gregorius. utrum agustino scripsisset. ut anglorum quarta generatione contracta matrimonia minime soluerentur. humillimus pater inter cetera talem reddidit rationem; Quod scripsi agustino anglorum gentis episcopo. nostro alumpno uidelicet de consanguinitatis coniunctione. ipsi et anglorum gentique {sic} nuper ad fidem uenerat. ne a bono quod ceperat metuendo austeriora recederet. specialiter et generaliter certissime scripsisse cognoscas; Unde et mihi omnis romana ciuitas testis existit. nec ea intentione hęc illis scriptis mandauit. ut postquam firma radice in fide fuerint solidati. si infra propriam consanguinitatem inuenti fu[p. 135]erint non separentur. aut infra affinitatis lineam. id est usque ad septimam generationem coniungantur; Sed adhuc illos neophitos existentes. cepisse eos prius illicita docere. et uerbis ac exemplis instruere. et que post de talibus egerint. rationabiliter et fideliter excludere oportet; Nam iuxta apostolum qui ait. lac uobis potum dedi non escam; {1 Cor 3:2} Ista illis modo. non posteris. ut prefixum est temporibus tenenda indulsumus. ne bonum quod infirma adhuc radice plantatum erat exureretur. sed aliquantulum firmaretur. et usque ad perfectionem custodiretur;

*B142 (I141) — cf. C154/D214*

*Source Coll.Wig.C 154/D 214, abbrev. — JOHN DIAC. Vita Gregorii 2.38 (PL 75, cols 101C–102A)*

[O132] **CANON LAUDOCENENSIS.**

Vt nullus christianus iudaizare presumat. sed nec conuiuuiis eorum participare;

*B151 (I149)*

*Source unidentified, but cf. CLAO.300.29*

[O133] **ITEM.**

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

Ut nullus christianorum paganas superstitiones intendat. sed gentilium inquinamenta omnia. modo contempnat;

*B152 (I150) — also in York, Minster Library, MS Add. 1, fol. 159r (preceding Wulfstan's Sermo 60, ed. NAPIER), where 'nemo cristianorum' has been glossed 'uel nullus cristianus' by Wulfstan's hand*  
*Source* *unidentified, but cf. WULFSTAN, Sermo 60 (ed. NAPIER, 309, lines 11–12)*

**[O134] CANON BRACARENENSIS.**

Si quis paganorum consuetudinem sequens diuinos et sortilegos in domum suam introduxerit quasi ut malum foras mittant. aut maleficia inueniant. uel lustrationibus paganorum seruiant V annos peniteant;

*B153 (I151); A71 (C75, D80)*  
*Source* *Coll.Wig.A 71 — CBRA.561.71*

**[O135] CANON SANCTORUM.**

Si quis christianus christianum hominem in manu iudeorum uel gentilium uendiderit. anathema sit; In deuteronomio enim scriptum est; Si deprehensus fuerit homo sollicitans aliquem de genere israhel. et uen[p. 136]dito eo acceperit precium. interficietur; {Dt 24:7} Nefas igitur est ut quos christus sanguinis sui effusione redemit. iudeorum uel gentilium uinculis sunt inretiti;

*B154–55 (I152–53); final part: also as LawVIATR 9 — cf. C198*  
*Source (si quis ... anathema sit)* *Coll.Wig.C 198, partial — PPTH.800.36.3, abbrev. | adapted*  
*Source (si deprehensus ... interficietur)* *Dt 24, 7, adapted*  
*Source (nefas igitur ... inretiti)* *Coll.vet.Gall. 55.5 — CMAC.581.16 | partial, adapted*

**[O136] DE TONSURA.**

Exordium tonsurę a nazareis incepit. qui crine seruato post uite magne continentiam caput radebant. ut deuotionem domino consecrarent; In canonibus quoque sanctorum patrum scriptum inuenimus; Si quis catholicus capillos totodent {sic} more barbarorum. ab ecclesia dei alienus habeatur. et ab omni christianorum mensa. donec delictum emendet;

*B156 (I154); first sentence: C218 first sentence; last sentence: C217/D146 last sentence — last sentence: cf. A73 (C77, D82), which adapts the same source material*  
*Source (exordium ... consecrarent)* *Coll.Wig.C 218 — Coll.Hib.A 52.1/Coll.Hib.B 52.1 (MS A, fol. 114r), abbrev. | first sentence*  
*Source (in canonibus ... inuenimus)* *unidentified*  
*Source (si quis catholicus ... emendet)* *ELRF 61 (= Coll.Wig.C 217/D 146 last sentence); cf. Coll.Wig.A 73*

**[O137] DE TONSURA PETRI.**

Petrus itaque apostolus clericali tonsura primo usus est gestans in capite imaginem coronę spineę christi; Unde canon africanus precipit. ut clericus nec comam nutriat. nec barbam;

*B157 (I155); first sentence: C218 second sentence; last sentence: A74 (C78, D83)*  
*Source (petrus ... spine christi)* *Coll.Wig.C 218, second sentence — Coll.Hib.A 52.2/Coll.Hib.B 52.2 (MS A, fol. 114r–v), adapted*  
*Source (clericus ... barbam)* *Coll.Wig.A 74 — SEA 25 (= Carthage IV, 44)*

**[O138] CANON ROMANÆ DICIT.**

Quicumque clericus uisus fuerit in ecclesia sine colobio uel cappa. et si non more romano capillos et barbam totonderit. excommunicetur; Non debet etiam clericus indui se monachico habitu. nec laicorum testibus {sic} uti. et uir si utetur ueste muliebri excommunicetur. aut mulier si uirili utetur indumento;

*B158 (I156) — first part: cf. C219; second part: A76 (C80, D85)*

*Source (quicumque ... totonderit excommunicetur) Coll.Wig.C 219 — Coll.Hib.B 52.5 (MS A, fol. 114v) | adapted*

*Source (non debet ... indumento) Coll.Wig.A 76 — ÆLFRIC, Ep.2.193 (ed. Fehr, 56) | adapted*

### [O139] ITEM

Clericus quoque non debet armis uti. nec ad bellum procedere. quia canones docent. ut quicumque clericus in bello. aut in rixa mortuus fuerit neque oblatione. neque oratione postuletur pro eo. sepultura tamen priuetur; Apostolus quoque dicit; Nemo militans deo implicet se negotiis seularibus; {2 Tim 2:4} [p. 137] Unde non est liber a laqueis diaboli. qui se militię mundane uoluerit implicare; Et ideo omnimodis dicendum est presbiteris et diaconibus ut arma non portent. sed magis confidant in defensione dei quam in armis;

*B159 (I157); last sentence: C182 last sentence — cf. C194/D202; A75 (C79, D84); O147; C317; B165 (I162, O-); O30*

*Source (clericus quoque ... uoluerit implicare) Coll.Wig.C 194/D 202, partial, rearranged, adapted — cf. ÆLFRIC Ep.2.178 + DLEO.440.544, c. 12*

*Source (et ideo omnimodis ... quam in armis) Coll.Wig.C 182 — Admon.gen.(789) 70 | last sentence*

### [O140] ALIA

Cauendum quoque est clericis. ut non sint iudices. in condemnationem hominis;

*B160 (I158)*

*Source ÆLFRIC Ep.3.80 (ed. Fehr, 66), adapted*

### [O141] ITEM.

Canonum auctoritas prohibet ne quis episcopus. aut clericus assensum prebeat in morte cuiuslibet hominis. siue latronis. siue raptoris. siue homicidę;

*B161 (I159) — cf. A79 (C83, D88)*

*Source Coll.Wig.A 79 — ÆLFRIC Ep.2.191 (ed. Fehr, 56), adapted | abbrev.*

### [O142] ALIA

Statutum est ut presbiteri indiscrete per diuersa. non mittantur loca. nec ab episcopis. nec ab aliis prelatis. nec etiam a laicis. ne forte propter eorum absentiam et animarum pericula fiant. maxime quidem infantum absque baptisate. et ecclesiarum in quibus constituti sunt neglegantur officia;

*B162 (I159a)*

*Source Reg.adauct.Chrod. 74, abbrev. — CPAR.829.3,4 (ed. Werminghoff, 672)*

*Source (fiant maxime ... baptisate) unidentified, but cf. DGRE.590.1101 (ed. Norberg, 39, lines 7–9): ‘Et fit ut ecclesia sine rectore et populus quasi sine pastore grex defluat, et ibidem infantes pro peccatis absque baptisate moriantur.’*

### [O143] CANON AFFRICANUS.

Omnes clerici qui ad operandum sunt ualidi. {sic} et artificiola. et litteras discant;

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)**B163 (I160)**Source* *Coll.vet.Gall. 41.10, reading 'validi' — SEA 45 (= Carthage IV, 53), reading 'invalidi'***[O144] CANON CĒSARIENSIS.**

Duo igitur sunt genera clericorum; Unum ecclesiarum sub episcopali regimine alter acephalorum. id est sine capite; De quibus gregorius dicit; Si qui clerici uulgares sunt et extra sacros ordines constituti. id est nec presbiteri. nec diaconi. qui se continere non possunt. sortiri uxores debent. et stipendia sua exterius accipere; Sacerdotes autem nequaquam uxores ducant. sed ecclesiam diligant. nec utantur bellicis armis. sed spi[p. 138]ritalem militiam exercent;

*B164 (I161) — last clause: cf. O30**Source* (duo igitur ... sine capite)*Reg.adauct.Chrod. 63; CAAC.816.101 — ISIDORE, De eccl.off. 2.3 (ed. Lawson, 54, line 2–4) | first sentence, adapted**Source* (si qui clerici ... exterius accipere)*DGRE.590.1843, c. 1 (eds Ewald–Hartmann, II, 333, lines 16–17), adapted**Source* (id est nec presbiteri nec diaconi)*unidentified**Source* (sacerdotes ... exercent)*unidentified, but cf. Coll.Wig.O 30: 'spiritibus conuenit ut spiritalem militiam contra diabolum exercent'***[O145] DE MAGNA SYNODO.**

Interdicit per omnia magna synodus. non episcopo. non diacono. nec alicui omnino qui in clero est licere subintroductam mulierem habere. nisi forte matrem. aut sororem. aut amittam. uel eas tantum personas que suspensiones effugiunt;

*cf. A84 (C88, D93); B32 (I34, O–)**Source**cf. Coll.Dion.-Hadr. (ed. Wendelstein, fol. 11r); Coll.Dach. 1.49 — CNIC.325.3**(Dion.II). Note: 'non presbitero' probably omitted in O145 through homoioteleuton.***[O146] ITEM**

Canones quoque docent ut si quis acceperit uiduam aut dimissam mulierem. aut qui bis duxorem {sic} uxorem. numquam fiat diaconus. numquam sacerdos;

*B33 (I35); A86 (C90, D95)**Source**Coll.Wig.A 86; Coll.Wig.B 33 — ÆLFRIC Ep.2.113 (ed. Fehr, 48), adapted***[O147] ALIA.**

Multis autem declaratur exemplis. episcopum. presbiterum. diaconum. uel monachum. arma bellica portare non licere. nisi tantum ea de quibus legitur; In omnibus sumentes scutum fidei. in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere; Et galeam salutis assumite. et gladium spiritus quod est uerbum dei; {Eph 6:16–17}

*cf. O30; B165 (I162, O–); C317**Source**Coll.Wig.O 30, partial + Eph 6:17 — Coll.Wig.C 317, adapted; cf. Coll.Wig.B 165***[O148] DE MILITIA ET UICTORIA CHRISTIANORUM.**

Boni igitur seculares et ueri christiani. uiriliter resistere debent inimicis sanctę dei ecclesię. et in preterito corde pro patria pugnare. quoniam ut iudas machabeus ait. melius est mori in bello. quam uidere mala gentis et sanctorum. et reliqua; {1 Mcc 3:59} Quicumque igitur zelantes zelum



domini in bello ceciderint. sancti martyres existunt; Sciendumque est quia inter omnes gladios non potest homo occidi. ante terminum a deo prescitum; Scriptum est enim; Constituisti terminos eius qui preteriri non poterunt; {Iob 14:5} Et propterea securi possunt christiani intrare in bellum domini. uoce ex[p. 139]celsa clamando. uel canendo. Kyrieleison; Statimque deo auxiliante fugiet princeps paganorum diabolus. cum audierit tam terribilem uocem christianorum. senseritque fidei constantiam<sup>12</sup> illorum. et deinde fugient ipsi pagani post suum principem diabolum. christianique habentes deum iudicem et defensorem. uictorem existunt. per eum qui uiuit et regnat per omnia secula seculorum amen;

(ed. CROSS-BROWN, 'Literary impetus', 273)

Source *unidentified*

[O149] **DE EXORTATIO.** {sic}

Ambulemus igitur fratres dum lucem habemus. ne nos tenebrę comprehendant. {cf. Io 12:35} nec differamus de die in diem. {cf. Sir 5:8} quia nescimus si uel unius diei spatium habemus uitam corrigendi. animamque saluandi; Cotidie enim uidemus quomodo in perditionem uadit mundus. et omnis concupiscentia eius {cf. 1 Io 2:17} regnumque nostrum propiis ex gentibus culpīs. alienigenis datur ad depredandum. sicut antiquitus populis iudeorum pro peccatis contigisse legimus.

(ed. CROSS-BROWN, 'Literary impetus', 273)

cf. C133/D201/II75/O16, which also has 'ambulemus igitur ... spatium habemus'

Source *unidentified*

Source (ambulemus igitur ... comprehendant) cf. CAESARIUS, *Sermo 197.4* (ed. Morin, 798, lines 19–20)

Source (nec differamus ... spatium habemus) cf. CAESARIUS, *Sermo 109.2* (ed. Morin, 452, lines 19–20)

[O150] **DE CAPTIUITATE IUDEORUM.**

Vere postquam pagani deuastauerunt totum regnum iudeorum domino permittente pro peccatis populi. ad ultimum uenerunt in hierusalem ubi erat rex sedechię et omnes principes eius et capta ciuitate occiderunt duos filios sedechię regis. et omnes principes regni occiderunt gladio coram rege. et ipsum regem excecauerunt. et secum duxerunt captiuum in babyloniam; {cf. 4 Rg 25:1–7} Et quotiescumque iudei deum irritabant toties semper ueniebant super illos alienigenę. et occidebant et captiuabant eos. et quando se. recognoscebant et penitentiam egerunt. confestim uictoriam et pace {sic} et abundantiam bonorum domino [p. 140] donante perceperunt; His exemplis eruditi. conuertamur ad dominum deum<sup>13</sup> nostrum qui per prophetam locutus est dicens; Conuertimini ad me. et ego reuertar ad uos {Za 1:3; cf. Mal 3:7}

(ed. CROSS-BROWN, 'Literary impetus', 273–74; ed. [partial] Bethurum, 'Archbishop Wulfstan's Commonplace Book', 921)

Note: ABBO SANGERM. *Sermo 6* also treats the (contemporary) routing of the 'Britannii' at the hands of invaders; though not taken up here, this is the thrust of the next canon, O151

Source (vere postquam ... babyloniam) ABBO SANGERM. *Sermo 6* (ed. Önnorfors, 98, lines 5–11), adapted

Source (et quotiescumque ... ad uos) *unidentified*

<sup>12</sup> constantiam] not constantini as in Cross-Brown

<sup>13</sup> deum] not iesum as Cross-Brown

**[O151] DE INTERITU BRITTONUM.**

Legitur in libro gildę brittonum sapientissimi. quod idem ipsi brittones propter rapinas et auaritiam principum. propter iniquitatem et iniustitiam iudicum. propter desidiam. et negligentiam predicationis ępiscoporum. propter luxuriam et pessimos mores populi. non solum patriam perdidierunt. sed ipsi miserimę perierunt;

(ed. CROSS-BROWN, 'Literary impetus', 274)

Source unidentified

**[O152] DE ANGLIS.**

Gens quoque anglorum<sup>14</sup> simillimis. uel moribus contaminata piaculis. in metu iam ualidissimo titubat. quia talis eam nunc consecuta est uindicta qualis non est preteritis audita temporibus;

(ed. CROSS-BROWN, 'Literary impetus', 274)

Source unidentified

**[O153] DE PREDATIONE NORDANIMBRORUM.**

Alcuinus ad regem merciorum misit dicens; Ecce XXX<sup>ti</sup>. et quinquaginta ferme anni. quod nos nostrique patres. huius pulcherrimę patrię incolę fugimus. et numquam talis terror prior apparuit in brittannia ueluti modo ad {a corr.} pagana gente perpassi sumus. nec eiusmodi nauigium fieri posse putabatur; Ecce ęcclesia sancti cuthberti sacerdotum dei sanguine aspersione omnibus spoliato ornamentis locus cunctis in brittannia uenerabilior paganis gentibus datur ad depredandum. et ubi primum post discessum sancti paulini ab eboraca christiana religio in nostra gente sumpsit initium. ibi miserię et calamitatis cepit exordium; Quis hoc non timet? quis hoc quasi [p. 141] captam patriam non plangit? uineam electam uulpes depredarunt. hereditas domini data est populo non suo. et ubi laus domini. ibi ludus gentium; Festiuitas sancta uersa est in luctum; Considerate igitur nunc habitum tonsuram. et mores principum et populos luxuriosos; Ecce tonsura quam in barbibus et in capillis paganis adsimulari uoluistis. nonne illorum terror imminet quorum tonsuram habere uoluistis? quid quoque inmoderatus uestimentorum usus. ultra humanę necessitatem naturę. ultra antecessorum nostrorum consuetudinem? hęc superfluitas principum paupertas populi est; Tales consuetudines olim populo dei nocuerunt et eum paganis gentibus dederunt in obprobrium. dicente propheta; Ue uobis qui uendidistis pauperem pro calciamentis pedum. {cf. Am 2:6} id est animas hominum pro ornamentis uanitatibus; Paulus quoque apostolus ait; Nolite fieri inanis glorię cupidi; {Gal 5:26} Et isaias propheta dicit; Pro eo quod eleuatę sunt filię syon et ambulauerunt extento collo decalubabit dominus uerticem filiarum syon. et dominus crinem illorum iudicabit; In die illa auferet dominus ornamentum. lunulas. et coronulas. et torques. monilia. et armillas. et cetera his similia; {Is 3:16–19} Superuacua igitur et deo odibilis {odibilis corr.} indumenti et ornamenti superstitio signum est arrogantię. et superbię. et luxurię; De quibus sapientia dicit; Arrogantiam. et superbiam. et uiam prauam. et os bilinguę detestor; {Prv 8:13} Uarus enim modis humani generis ad[p. 142]uersarius indesinenter circuit quęrens quos capiat {cf. 1 Pt 5:8} uitiorum laqueis. id est uana gloria. superbia. auaritia.

<sup>14</sup> anglorum] not angelorum as Cross-Brown

gula et luxuria; Hęc enim et alia multa. retia sunt diaboli. quibus infeliciū animas decipit. et ad interitum pertrahit. nisi uera pēnitentia subuenerit;

(*partial coll. [as 'C'], Dümmler, MGH Epp. 4, 42–3; partial ed. CROSS–BROWN, 'Literary impetus', 289 n. 15*)

cf. *MS H, fols 125v–129v (ed. CHASE, Two Alcuin letter-books, 53–6), where the Alcuinian letter is found in full*

Source (ecce XXX<sup>ti</sup> ... in luctum)

*ALCVIN Epistola 16 (ed. Dümmler, p. 42, line 34–p. 43 line 5)*

Source (considerate ... uanitatū)

*ALCVIN Epistola 16 (ed. Dümmler, 43, lines 22–9)*

Source (paulus quoque ... pēnitentia subuenerit)

*unidentified*

#### [O154] DE TRIBULATIONIBUS.

Heu. heu. quam nimis amara. quoniam quia {sic} mala tempora nostris diebus pro peccatis euenerint. {euenerant *corr.*} quoniam {sic} non solum prescriptis peruersitatibus sed aliis diuersis criminibus penę omnis ordo gentis anglorum maculatus. christum diu ad iracundiam prouocans. iam quod meruit sustinet; Et quia legem et precepta domini omni modo neglexerat. et monita doctorum contempserat. ideo omnibus nationibus terrarum. magis cladibus et depredationibus innumeris. et inimicorum obseditionibus angustatur; Neque uero post primum aduentum anglorum patria eorum tot et tam inaudita pericula experta. est. quot nunc gemens sustinet; Sed et tam infinitam pęcuniam populus sepe pro libertate regni dederat. ut uix aut nullo modo patria ad pristinam opulentiam perueniet; Quid plura? quantis malis quantisque perturbationibus gens illa obpressa sit. bello uidelicet. fame. igni. cędibusque quanta populorum milia absque numero trucidati sint. quanti captiui absque discretione per diuersas regiones dispersi. non est lingua quę modum. uel numerum edicere possit; Quapropter ortamur et obsecramus eos qui residui sunt ut conuertantur toto corde ad dominum deum omnipotentem; Benignus enim est [p. 143] et multum misericors. et non uult mortem. sed pēnitentiam desiderat peccatorum. ut per prophetam attestatus est dicens; In quacumque die peccator conuersus fuerit. et ingemuerit. saluus erit; {cf. Ez 33:12}

(*ed. BATESON, 'Worcester Cathedral book', 731*)

Source

*unidentified*

[O155]<sup>15</sup> Multis enim indiciis luce clarius apparet. quia uictoria non in multitudine militum. sed in magnitudine meritorum consistit; Amasias enim rex temporibus antiquis mercede conduxit de israhel robustorum centum milia ducentis talentis argenti; Uenit autem homo dei ad illum. et ait; O rex non egrediatur tecum exercitus israhel non est enim dominus cum israhel et cunctis filiis ephraim; {2 Par 25:6–7} Et ait homo dei iterum; Quod si putas in robore exercitus bella consistere superari te faciet dominus ab hostibus tuis; Dei est quippe et adiuuare. et in fugam uertere; {2 Par 25:8}

(*partial ed. CROSS–BROWN, 'Literary impetus', 289 n. 15*)

Source

*unidentified*

\* \* \*

<sup>15</sup> Space for a rubric has been provided, but not used.

Following on **O**, pp. 143–225 are an *Expositio officii* (ed. Jones, ‘Liturgical miscellany’, 130–39), *Ælfric’s Ep.3*, *Wulfstan’s Sermo 8a + De chrismate* (cf. Bethurum, *Homilies*, 170 n. 26), a collection of liturgica (**O**, pp. 162–69; including **Coll.Wig.C 319/D 277**), a series of texts on pastoral responsibility (Sauer’s ‘Block VII’: **O**, pp. 169–88), *Ælfric’s Ep.2*, **Coll.Wig.C 322–27** (**O**, pp. 201–03), augmented versions of **Coll.Wig.C 320–21** (**O**, pp. 203–05), an epitome of *Hrabanus Maurus’s De inst.cleric. 2.1–10* (**O**, pp. 205–12; see Jones, ‘Wulfstan’s liturgical interests’, 352 no. 8), *Ordo Romanus XIII A* (**O**, pp. 212–13), and *De ecclesiastica consuetudine* (ed. Jones, ‘Two composite texts’, 257–65).

[p. 225...]

#### [O156] DE IEIUNIO QUATTUOR TEMPORA

Quattuor. esse. tempora totius anni manifestum est fratres mei. uidelicet. uer. ęstas. autumnus. {sic} et hiemps. et in singulis temporibus singulę ebdomadę constant. in quibus ieiunia catholica et uniuersalis custodit ęcclesiam; {ęcclesia corr.} Quę ieiunii. {sic} in antiquis temporibus constituta sunt per moysen deo precipiente; In primo mense quando egressus est populus dei ex ęgypto. preceptum est illis VII<sup>tem</sup> dies azima comedere. et lactucas agrestes. et carnes agni ad uesperam. In quarto uero mense preceptum est per moysen congregare filios israhel in unum ad templum dei in hierusalem. id est ad locum quem elegit dominus dicens; Cum ingressi fueritis terra quam daturus est uobis dominus deus uester. et messueritis segetem terre. feretis manipulos spicarum primitias terre uestre {Lv 23:10} coram domino deo uestro. et adorato domino. reuertatur unusquisque in domum suam; {suam corr.} Septimi uero mensis tempore manere in tabernaculis preceptum est filiis israhel septem diebus affli[p. 226]getis inquit animas uestras {Lv 16:29} septem diebus et comedetis azima; {Lv 23:6} Ieiunium uero decimi mensis constitutum est a filiis israhel post regressum filiorum israhel. de captiuitate babyloniorum et restaurationem templi; Quę tempora ieiuniorum ita precepit romana auctoritas obseruare. ut in primo mense quem marti[\*]m {martium corr.} uocant. in prima ebdomada IIII feria et VI et sabbato. ieiunandum sit; In quarto uero mense quem [ie]iunium {iunium corr.} uocant. in secunda ebdomada decretum similiter est obseruare; Et in septimo mense quem septembrem uocant. similiter in III<sup>16</sup> ebdomada. esse. faciendum; In decimo uero mense eadem [hora] {[hora] ras.} quę imminet ante natale domini. simili modo decretum est; Sed sanctus Gregorius hęc ieiunia genti anglorum sic predicare precepit. Ieiunium primum in prima ebdomada quadragesimę; Ieiunium secundum {in ebdomada pentecostes. Ieiunium tertium *add. sup. lin.*} in ebdomada ante autumnale equinoctium; Ieiunium quartum in integra ebdomada. ante natale domini; In quibus etiam sabbatis dum populus uniuersus ad ęcclesiam conuenit. ordinationes clericorum fieri oportet. scilicet ut dum hęc ordinatio coram populo agitur sub omnium testificatione eorum opinio discutiatur; Hęc quoque ieiunia fratres mei rogo ut deuote obseruetis. et scitote quia non solum hęc ieiunia obseruanda sunt. sed etiam omni tempore dum festiuitates preclare ęlebrentur. dies ante uigilias [p. 227] ieiunio celendi {colendi corr.} sunt; In diebus quoque ieiuniorum uestrorum karissimi nolite lites et contentiones uel scandala concitare. sed ut dominus per prophetam dicit; Nonne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes

<sup>16</sup> III] corr. from UI ?

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

impietatis. solue fasciculos deprimentes; Dimitte eos qui confracti sunt liberos. et omne honus disrumpe; Frange esurient[e] {esurienti *corr.*} panem tuum. et egenos uagosque induc in domum tuam; Cum uideris nudum eum operi. et carnem tuam ne despexeris; Tunc erumpet quasi mane lumen tuum. et sanitas tua citius orietur; Et anteibit faciem tuam iustitia tua. et gloria domini colliget te; Tunc inuocabis et dominus exaudiet. clamabis et dicet ecce adsum; {Is 58:6–9} Quia misericors sum. {Ex 22:27} dominus deus tuus;

(*partial ed. FEHR, Hirtenbriefe, Anh. 3.14; partial coll. [as 'A'] CROSS, 'Newly-identified, 73–6)*

*I184 — cf. D268; A13 (C15, D13); O36; B108 (I108, O–)*

*Source Coll.Wig.I 184 — (see the sources for Coll.Wig.I 184)*

**[O157] DE PENITENTIA COMMUNI PRO QUACUMQUE TRIBULATIONE;**

Volumus uos scire fratres quod in multis prouintiis in quibus religiositas et christianitas uigent. sapientes adtendunt diligenter et doctores quid necesse sit populo dei in aduersis casibus a deo precibus exorare. siue si ultra modum pluit. aut si siccitas nocet. uel pestilentie tempestas ingruerit. seu mortalitas in hominibus aut in iumentis. seu incursiones hostium si terram occupauerint. et ecclesiam perturbauerint; Statim itaque predicant euang {sic} omni populo. processionemque agere tantum spatium ad uicina monasteria. quantum illis uidetur oportunum posse fieri; Pergunt tunc omnes uiri et femine discalciatis pedibus et si iubentur a docto[p. 228]ribus cilitiis induti. orantes et psallentes. sonora uoce omnis populus simul. kyrieleison. christeleison; uolentes sic amore {amouere *corr.*} a se iram dei imminentem. et placare sibi benignissimum iudicem christum; Ieiuni ambulant usque ad locum destinatum. et post missas caritatem aliquando inuicem faciunt. sumentes unusquisque {sic} III offulas de pane manducando. et singulos calices in bibendo. et sic ad propria remeant; Sic itaque faciunt III<sup>bus</sup> diebus dantes honorem deo et semetipsos humiliantes. elemosinamque pro nomine domini largientes. ut flagella eius ab eis amoueat. intelligentes quod etiam hoc ipsum animabus illorum proficit ad salutem; Nos quoque habemus in nostris libris missas et officia ad omnia ista constituta. sed si aliquid taliter egerimus in ista patria. statim deridemur. blasphemamur. uituperamur; Et quia monita doctorum contempnitis. et salutem anime neglegitis. ideo regnum uestrum propriis exigentibus culpis alienigenis datur ad depredandum; Conuertimini ergo conuertimini ad dominum. et penitemini. ut deleantur uestra peccata; {Act 3:19} Scriptum est enim; In quacumque die peccator conuersus fuerit et ingemuerit. saluus erit; {cf. Ez 33:11–12}

(*catalog. FEHR, Hirtenbriefe, Anh. 3.15)*

*cf. O159; O154; LawVIIAtr*

*Source unidentified*

**[O158] DE EXCOMMUNICATIONE UEL RECONCILIATIONE PENITENTUM.**

EXcommunicatio penitentium non mortalis sed medicinalis est. et primum medicamentum eorum. qui latenter in criminali peccato lapsi sunt; Qui enim eam humiliter sustinent. et cum flebili conpunctione cordis plangunt. et [p. 229] publice penitent. hi nimirum celerius indulgentiam consecuntur a domino; Ut psalmista dicit; Cor contritum et humiliatum deus non spernit; {Ps 50:19} Introitus hec ecclesie post penitentialem excommunicationem penitentibus

conceditur. peracta penitentia constituta primo omnium uidelicet cum spiritali exortatione de exemplis et documentis catholicorum patrum assumpta. ac deinde cum firma promissione conuersionis proprię. atque remissione in se peccantium. et ad ultimum cum episcopali absolutione secundum quod continet libris ecclesiasticę constitutionis; Et his ita rite peractis. sic per reconciliationem perueniendum est ad participationem corporis domini nostri;

(*catalog. FEHR, Hirtenbriefe, Anh. 3.16*)

Source (excommunicatio ... medicinalis est)

*AVG. Sermo 351.4 (PL 39, col. 1546), adapted; also in HINCMAR De divort.Lothar.regis et Theutberg.reginae, resp. 10 (ed. Böhringer, 168, lines 18–19), adapted*

Source (et primum ... lapsi sunt)

*PPTH.800.35.1 (ed. van Rhijn, 95, lines 7–8), adapted*

Source (qui enim eam ... consecuntur a domino)

*unidentified, but cf. PHAL.800.6.pref., 'Quotienscumque' instruction (ed. Schmitz, 474, lines 12–18)*

Source (cor contritum ... non spernit)

*Ps 50:19*

Source (Introitus hęc ... corporis domini nostri)

*unidentified*

\* \* \*

*There follows in O, pp. 229–37 Institutio beati Amalarii de ecclesiasticis officiis (ed. Jones, 'Two composite texts', 265–71), and Qualiter quattuor tepora agantur (ed. Cross, 'Newly-identified', 77–8). The final line of O, p. 237 has been left blank, as if to receive a rubric for the text that begins on p. 238. However, the text at the top of p. 238 appears to begin imperfectly, and it has been suggested (Jones, 'Two composite texts', 236–37 with n. 18; Cross, 'Newly-identified', 67) that a folio (or more) was missing at this point in O's exemplar.*

[O159] [p. 238] [I]n multis igitur prouintiis in quibus religiositas et christianitas uigent sapientes diligenter adtendunt. si quid in aduersis casibus pro peccatis contigerit. quomodo possint placare mitissimum iudicem christum; Statimque {Statim *corr.*} itaque predicant ieiunium. cum fructu elemosinarum. processionemque agunt triduo discalcatis pedibus cilitiis quoque uel saccis induti. orantes et deprecantes dominum. ut flagella eius ab eis amoueat. intellegentes etiam quod hoc ipsum animabus illorum proficit ad salutem;

*cf. O157*

Source

*unidentified*

#### [O160] DE PENITENTIARUM DIUERSITATE.

Qui publice peccauerit. publice arguatur. et publice penitentia purgabitur. Et si hoc occulte fecerit. et occulte ad confessionem uenerit. occulte ei penitentia imponatur; Similis etiam forma et de his qui in sacris ordinibus constituti sunt seruanda est. ita uidelicet ut si se lacrimis et orationibus deuotissime cotidie lauerint. et elemosinarum exhibitione peccata sua extinguere curauerint. occulta commissa possunt occulte in suo permanentes gradu digna penitentia purgare; Uerumtamen qui per corpus peccat. per corpus et peniteat; hoc est in uigiliis. in ieiuniis. in

fletibus<sup>17</sup> in orationibus assiduis. et elemosinis multis; Uetus namque prouerbium est; Contraria. contrariis sanantur;

(ed. FEHR, *Hirtenbriefe*, Anh. 3.33)

'qui per corpus peccat. per corpus et peniteat': also in C111, C195, D171, I166/O161, O19; 'hoc est in uigiliis ... elemosinis multis': also in O170

Source (qui publice ... penitentia purgabitur) PREM.700.4.50–1, adapted; cf. Coll.Wig.I 167/O 162: 'qui publice peccat publice et peniteat'

Source (et si hoc ... penitentia purgare)

unidentified

Source (uerumtamen qui ... sanantur)

MS E, p. 125; also in Coll.Wig.C 195 — 'qui per corpus ... elemosinis multis': PECG.700.13.11 (ed. Schmitz, 672, lines 11–12), adapted; cf. PECU.700.Redemptionstexte (ed. Schmitz, 604, lines 7–8); PREM.700.Redemptionstexte (ed. Asbach, 13, lines 15–17); 'uetus namque ... sanantur': PCUM.600.pref. 15, partial; also in Coll.Wig.I 166/O 161

### [O161] DE DIUERSITATE CULPARUM ET PENITENTIARUM.

Diuersitas culparum. [p. 239] diuersitatem facit penitentiarum; Nam sicut corporum medici diuersa medicamenta diuersis generibus morborum componunt. ita et spiritalis medici diuersis curationum generibus animarum uulnera sanare debent; Uetus namque prouerbium est; Contraria contrariis sanantur; Qui enim illicita commisit a licitis cohercere se debet; Et qui per corpus peccat. per corpus et peniteat; Sed et hoc in omni penitentia sollerter est intuendum quanto quis tempore in delictis maneat. qua eruditione sit imbutus. quali inpugnatur passione. quali existat fortitudine quali uideatur affligi lacrimabilitate; Et non omnibus in una eademque libra pensandum est licet uno constringantur uitio. sed discretio sit inter diuitem et pauperem. liberum et seruum. iuuenem et senem. infirmum et sanum. hebetem et gnarum. in gladiu {sic} sine in coniugio. uel sine uoluntate uel necessitate. uel casu in publico. uel in abscondito; Loca etiam et tempora discernantur; Et quanto quis tempore moratur in peccatis tanta ei augenda est penitentia; Uerumtamen superexaltet misericordia iudicio; {Iac 2:13} Ut basilius episcopus dicit; Penitentem ex corde ita oportet suscipi. sicut dominus ostendit cum dicit; Quia conuocat amicos et uicinos dicens; Congratulamini mihi. quia inueni ouem et reliqua; {Lc 15:6} Et item basilius dicit; Erga eum qui pro peccato non penitet tales. esse. debemus. sicut dominus precepit dicens; Sit tibi sicut [p. 240] gentilis et publicanus; {Mt 18:17} Et sicut apostolus docuit dicens; Subtrahite uos ab omni fratre ambulante inordinate. et non secundum traditionem quam tradidimus uobis; {2 Th 3:6}

(partial ed. FEHR, *Hirtenbriefe*, Anh. 3.34)

I166; 'diuersitas culparum ... lacrimabilitate' + 'penitentem ex corde ... tradidimus uobis': D171–72 — cf. MS E, p. 125; A96–7 (C100–01, D106–07), which draw on the same sources though less fully; Wulfstan's *Admon.sp.doctr.*, which incorporates 'erga eum ... et publicanus'; C109/D168; C195; I165; O160; 'qui per corpus peccat per corpus et peniteat': also in C111, C195, D171, O19, O160

Source (diuersitas culparum ... sanare debent)

PECU.700.pref. (ed. Schmitz, 599, lines 1–6); PREM.700.pref. (ed. Asbach, 7, lines 2–8); cf. PECG.700.pref. — PCOB.600.pref. (ed. Bieler, 98, lines 14–19) | abbrev.

<sup>17</sup> fletibus] not flectibus as Fehr

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)**Source* (uetus namque ... cohercere se debet)*MS E*, p. 125; 'uetus ... sanantur' also in *Coll.Wig.C 195* and *Coll.Wig.O 160* — *PECU.700.pref.* (ed. Schmitz, 600, lines 15–17); *PREM.700.pref.* (ed. Asbach, 9, lines 6–8); *PCUM.600.pref.* (ed. Bieler, 110, lines 19–21)*Source* (et qui per corpus per corpus et peniteat)*MS E*, p. 125; also in *Coll.Wig.C 195* and *Coll.Wig.O 160* — cf. *PECG.700.13.11* (ed. Schmitz, 672, line 11); *PECU.700.Redemptionstexte* (ed. Schmitz, 604, line 7); *PREM.700.Redemptionstexte* (ed. Asbach, 13, lines 15–16)*Source* (sed et hoc ... lacrimabilitate)*PECU.700.pref.* (ed. Schmitz, 600, lines 17–20); *PREM.700.pref.* (ed. Asbach, 9, lines 10–13) — *PCUM.600.epil.* (ed. Bieler, 132, lines 22–4)*Source* (et non omnibus ... discernantur)*PECG.700.pref.*, as in *Coll.Wig.C 109/D 168*; *Pontifical.Lanalet.* (ed. Doble, 126–27); *MS J*, fol. 2v (ed. in *CED*, III, 417 n. 34)<sup>18</sup> | abbrev., rearranged*Source* (et quanto ... augenda est penitentia)*PECU.700.Redemptionstexte* (ed. Schmitz, 602, lines 2–3); *PREM.700.Redemptionstexte* (ed. Asbach, 10, lines 9–10); *PCUM.600.9.4* — *PGIL.600.14**Source* (uerumtamen ... misericordia iudicio)

unidentified

*Source* (ut basilius ... ouem et reliqua)*Coll.quad. 4.24*; also in *Coll.Wig.A 96* — *BASIL–RVFINVS Regula*, 27 (ed. Zelzer, 75)*Source* (et item basilius ... tradidimus uobis)*Coll.quad. 4.26*; 'erga eum ... et publicanus': also in *Coll.Wig.A 97* — *BASIL–RVFINVS Regula*, 28 (ed. Zelzer, 75)**[O162] ITEM.**

Inter peccatum et crimen distantia est; Non enim omne peccatum crimen est. sed omne crimen peccatum est; In actione autem penitentię ubi tale crimen commissum est. ut his qui commisit a christi corpore separetur. non desideranda est mensura temporis. quam doloris; Cor enim contritum et humiliatum. deus non spernit; {Ps 50:19} Et nos quemquam a communione prohibere non possumus. quamuis hec prohibitio nondum sit mortalis sed medicinalis. nisi aut sponte confessum. aut in aliquo siue seculari siue ecclesiastico iudicio acusatam atque conuictum; Oportet igitur ad penitentiam accedere cum omni fiducia. et ex fide credere indubitanter penitentiam abolere posse peccata. etiam si in ultimo uite spiritu peniteat; Extant quoque pro quibusdam culpis modi penitentię in canonibus inpositi. iuxta quos ceterę perpendę {sic} sunt culpę. cum sit facile per eosdem modos. uindictam et censuram canonum estimare; Et qui per blanda uerba doctrinę castigatus non corrigitur. acrius necesse est ut arguatur; Sed et qui publice peccat. publicę et peniteat; [p. 241]

(ed. FEHR, *Hirtenbriefe*, Anh. 3.35)I167 — cf. O160; I172/O167, which adapts part of this text; O25, which (though perhaps directly dependent upon *MS E*, pp. 125–26) appears to adapt this passage.*Source* (inter ... crimen peccatum est)*PHAL.800.pref.* (PL 105, col. 654C); *Coll.Dach. pref.* (ed. d'Achery, 510, lines 8–9) — *AVG. Enchir.* 17 (64) (ed. Evans, 84, lines 20–21), adapted; cf. *GREG.MAG. Moral.in Iob 21.12* (19) (ed. Adriaen, 1079, lines 9–10)

<sup>18</sup> Another English witness to *PECG.700.pref.*, Paris, Bibliothèque nationale, Lat. 10575, does not share these distinctive readings.



Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

<i>Source</i> (in actione ... non spernit)	<i>PHAL.800.pref. (PL 105, col. 654C–D);</i> <sup>19</sup> <i>Coll.Dach. pref. (ed. d’Achery, 510, lines 13–15) — AVG. Enchir. 17 (65) (ed. Evans, 84, lines 29–31)</i>
<i>Source</i> (et nos quemquam ... conuictum)	<i>PHAL.800.pref. (PL 105, col. 655B); Coll.Dach. pref. (ed. d’Achery, 511, lines 6–8) — AVG. Sermo 351, c. 4 (PL 39, col. 1546)</i>
<i>Source</i> (oportet igitur ... spiritu peniteat)	<i>PHAL.800.pref. (PL 105, col. 655C); Coll.Dach. pref. (ed. d’Achery, 511, lines 33–4) — PS.-ALCVIN De divin.officiis 13 (PL 101, col. 1198D); ‘credere indubitanter ... peniteat’: GENNADIVS Lib.eccl.dogm. 46, first sentence</i>
<i>Source</i> (extant ... canonum estimare)	<i>PHAL.800.pref. (PL 105, col. 657B); Coll.Dach. pref. (ed. d’Achery, 512, lines 44–6)</i>
<i>Source</i> (et qui per blanda ... arguatur)	<i>CAAC.816.36 (ed. Werminghoff, 358, lines 14–15) — ISIDORE, Sententiae 3.46.11, first sentence</i>
<i>Source</i> (sed et qui ... peniteat)	<i>PREM.700.4.50; cf. CREM.813.31; CMNZ.847.31; R2L 1.296; Coll.Wig.O 160: ‘qui publice peccauerit publice arguatur et publica penitentia purgabitur’</i>

**[O163] DE INCESTUOSIS ET {pro add.; postea ras.} HOMICIDIS.**

Istis itaque temporibus incestuosi. parricide. homicide. multi apud nos heu pro dolor repperiuntur. sed et aliqui ex illis sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accomodare. uolentes in pristinis perdurare criminibus quos oportet per seularis potentie disciplinam a tam praua consuetudine coercere. qui per salutifera sacerdotum monita noluerint reuocare quorum aliquos iam ex quo communicauimus sed illi hoc paruipendentes in hisdem perdurarunt criminibus; Quamobrem sapientum decernt cautela. quid de talibus deinceps agendum sit. ne suis malis exemplis. non solum semetipsos. sed et alios in perditionem pertrahant;

(ed. FEHR, *Hirtenbriefe, Anh. 3.36*)

*I168 — cf. I169/O164, which appears to adapt part of this canon; D270, which adapts portions of this text and incorporates the last sentence*

*Source* (istis itaque ... agendum sit)

*ANSEGIS, Coll.cap. 2.41 — CTUR.813.41 | last sentence adapted*

*Source* (ne suis ... petrahant)

*unidentified, but cf. BONIFACE, Epistola 73 (ed. Tangl, 151, lines 11–13): ‘quantoscumque vel per bona exempla ad vitam caelestis patriae contrahimus vel per mala exempla ad perditionem sequentes praeimus’*

**[O164] DE EXCOMMUNICATIS QUI INUITI AD PENITENTIAM PROUOCANTUR.**

**EX**communicati si perdurant in pristinis criminibus paruipentes {sic} canonicam excommunicationem. necesse est ut inuiti penas penitentie exsoluant. ne anime pro quibus dominus passus est. in eterna pena dispereant; Castigandi sunt enim alii carceribus. alii uinculis. uel flagris. sed et aliis diuersis modis. et alii pecuniam. uel possessionem. seu patriam admittant. et alii quasi sempiterno seruitio uel diuino. uel humano succumbant; Melius est enim cuique ut coactus ad regnum. quam sponte ad supplicium perueniat sem[p. 242]piternum; Et melius est ut quisque paruo tempore donec uiuit plangat et peniteat. et pro peccatis ad tempus uerecundiam uel confusionem sustineat. quam ut postea ad penam perpetuam perueniat;

(coll. [as ‘G’] FEHR, *Hirtenbriefe, Anh. 3.37 [and catalog. Anh. 4.168]*)

<sup>19</sup> Note that the *PL* edition reads somewhat differently: ‘ut is a Christi corpore, qui commisit, separetur’

*I169; this canon copied out in Corpus 190, p. 360 (originally blank) by hand of s. xi<sup>ex</sup> — cf. I168/O163; I170/O165 which adapts this canon and combines it with B90 and C230/D157; C230/D157*

*Source (excommunicati ... sempiternum, excepting ne animę pro ... pęna dispereant)*

*unidentified, but cf. Coll.Wig.I 168/O 163*

*Source (ne animę pro ... pęna dispereant)*

*Coll.Wig.C 230/D 157*

*Source (et melius ... perueniat)*

*WVLFSTAN, Admon.sp.doctr. (ed. Cross, 79, lines 26–8), adapted; also in Coll.Wig.I 170/O 165 — CAESARIUS Ep.encyclica (ed. de Clercq, 94, lines 224–26), adapted*

### [O165] DE INPROUISO IUDICIO SĘCULARIUM.

Sunt namque his temporibus iudices sęculares qui pro modico commisso homines statim morti adiudicant. paruipendentes monita apostoli dicentes: {sic} castigate et non mortificate; {2 Cor 6:9} Castigandi enim sunt rei. diuersisque modis arguendi. et non statim necandi. sed per pęnas saluandi. ne animę pro quibus ipse dominus passus est. in ęterna pęna dispereant; Alii uinculis et flagris. alii autem fame uel frigore constringendi sunt. alii quoque pellem. capillos. et barbam simul perdentes. turpiter obprobria sustineant. alii adhuc acrius constringantur. id est membrum perdant. oculum uidelicet. uel nasum. manum. uel pedem. seu aliud aliquod membrum; Hieronimus dicit; Homicidas et sacrilegos punire non est effusio sanguinis. sed legum ministerium; Nocet itaque bonis. qui parcat malis; Unusquisque igitur prout gessit pęnas exsoluat. ne in ęternas incidat pęnas; Melius est enim ad uitam ingredi. et reliqua; {cf. Mt 18:8} Et melius est ut quisque paruo tempore donec uiuit plangat et pęniteat. et pro peccatis ad tempus uerecundiam uel confusionem sustineat. quam ut postea ad supplicia ęterna perueniat; [p. 243]

*(partial ed. FEHR, Hirtenbriefe, Anh. 3.38)*

*I170 — cf. I168–69/O163–64; B90 (190, O70 first part); C230/D157; LawVIATR(Lat) 10.1*

*Source (sunt namque ... aliquod membrum)*

*Coll.Wig.C 230/D 157, abbrev., adapted; the change from 'pilos' to 'capillos' was probably suggested by Coll.Wig.B 156 and/or C 231/D 158*

*Source (hieronimus ... parcat malis)*

*Coll.Wig.B 90) — JEROME, In Hieremiam libri VI, 4.35, vers. 22:1–5 (ed. Reiter, 201, lines 24–6) + PS.-SENECA De moribus 114*

*Source (unusquisque ... pęnas exsoluat)*

*Coll.Wig.C 230/D 157*

*Source (ne in ęternas incidat pęnas)*

*Coll.Wig.C 230/D 157*

*Source (melius est enim ... et reliqua)*

*cf. Mt 18:8*

*Source (et melius est ... ęterna perueniat)*

*Coll.Wig.I 169/O 164; WVLFSTAN, Admon.sp.doctr. (ed. Cross, 79, lines 26–8), adapted — CAESARIUS Ep.encyclica (ed. de Clercq, 94, lines 224–26), adapted*

### [O166] INCIPIT EXEMPLUM DE EXCOMMUNICATO PRO CAPITALI CRIMINE.

Pęnitenti qui publice peccauit. quamdiu ut excommunicatus pęniterit. cybus non detur in manus. sed in terra preponatur illi. et quod manducanti superfuerit. non recipiatur ab aliquo. sed neque pauperibus detur; Porcis itaque proiciatur uel etiam canes comedant; Qui etiam pęnitens balneo non lauet se. neque tondet. nec unguis incidat. nec instrumentis dormiat. sed in pauimento nudo; Cilitio quoque indutus. inermis et nudipes incedat. die noctuque peccata plangat. et lacrimabili prece a domino ueniam petat; ęcclesiam non intret. pacis osculum non accipiat. a carne et uino et uxoris carnali copulatione absteineat. non communicet quamdiu pęniterit. nisi morte preoccupatus fuerit: {Sap 4:7} Quod si aliter agat. {agit corr.} canonum controuersio est;

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

Similiter et qui excommunicato dampnatio est. et eam diutius sustinet; Similiter et qui excommunicato communicat. nisi ignarus rei sit excommunicetur et ipse; Segregandi sunt enim. mali<sup>20</sup> a bonis. ne pereant iusti pro iniustis; Nec mirum si inter homines hec ratio custoditur. cum inter iumenta haec fieri sepe cognouimus. ut ea que scabiem. aut insetiginem habere uidentur. separentur a[si]nis. {a sanis *corr.*} ne illorum morbo cetera pereant; Basilius episcopus dicit; Cum excommunicato. neque orare: neque loqui. neque uesci: cuique licebit;

(ed FEHR, *Hirtenbriefe*, Anh. 3.39)

1171; last sentence: A77 (C81, D86) — ‘segregandi sunt ... cetera pereant’: cf. D270, which adapts this passage

Source (penitenti ... pauimento nudo)

unidentified

Source (cilicio ... nudipes incedat)

unidentified, but cf. the phrase ‘laneo utatur vestimento ... et nudis pedibus/nudipes incedat’ used thrice by Pope John XVIII in Wulfstan’s collection of penitential letters (C235/D162, C237 and C238/D164); cf. also C220/D147: ‘ueniat cilicio indutus nudis apparens pedibus’

Source (die noctuque ... excommunicetur et ipse)

unidentified. Note: in *Coll.Wig.I* 171, ‘similiter et qui excommunicato dampnatio est et eam diutius sustinet’ is omitted; Wulfstan later added ‘et maior excommunicationis dampnati [sic] est et eam diutius sustinet’ above the line.

Source (segregandi sunt ... pro iniustis)

*HINCMAR De divort.Lothar.regis et Theutberg.reginae*, resp. 5 (ed. Böhringer, 140, line 19); Paris, Bibliothèque nationale, Lat. 3182 (*Collectio Fiscani*), p. 342a; PS.-*ISIDORE, Decretales, decreta Gregorii* (ed. Hinschius, 752) — *DGRE.590.†1334* (PL 77, col. 1326D)

Source (nec mirum si inter ... cetera pereant)

*HINCMAR De divort.Lothar.regis et Theutberg.reginae*, resp. 5 (ed. Böhringer, 140, lines 25–7); Paris, Bibliothèque nationale, Lat. 3182 (*Collectio Fiscani*), p. 342a; PS.-*ISIDORE, Decretales, decreta Gregorii* (ed. Hinschius, 752) — *DGRE.590.†1334* (PL 77, col. 1327A–B)

Source (basilius ... cuique licebit)

*Coll.Wig.A* 77 — *BEN.AN. Cod.reg. 17* (eds Holste–Brockie, 196), partial, abbrev. adapted

#### [O167] DE CONFESSIOE ET PENITENTIARUM ACTIONE.

Ebdomada proxima ante initium quadragesime con[p. 244]fessiones sacerdotibus dande sunt de omnibus peccatis que siue in opere. siue in cogitatione. siue in locutione perpetrantur. et secundum culpę qualitatem penitentia accipienda; Publica quoque crimina. publica lamentatione plangenda sunt. occulta autem peccata secreta satisfactione per uite correctionem. et iugem luctum solui possunt; Et in actione penitentie ubi tale commissum est crimen. ut his {sic} qui commisit ab ecclesie ingressu et participatione corporis domini separetur. non tam consideranda est mensura temporis. quam doloris; Cor enim contritum et humiliatum. deus non spernit; {Ps 50:19} Quapropter unusquisque si uult saluus esse uiriliter confessionem peccatorum suorum agat. et non erubescat confiteri scelera et facinora se accusando. quia inde uenit indulgentia; Confessio enim sanat. confessio iustificat. confessio peccatis ueniam donat; In primis igitur prosternat se humiliter in conspectu dei super terram ad orationem. et lacrimas fundens. roget

<sup>20</sup> mali a] *corr.* from in alia ?

beatam mariam cum sanctis apostolis. et martiribus et confessoribus et uirginibus et omnibus electis dei. ut ipsi intercedant pro se ad dominum. ut deus omnipotens dignetur ei dare sapientiam perfectam. et ueram intellegentiam ad confitendum peccata sua; Christe audi nos; Sancta maria ora. Omnes sancti orate. et reliqua; Post hæc hæc {sic} cum fiducia surgens confiteatur pēnitens credulitatem suam dicens; Credo in unum deum. et reliqua; Et post hæc incipiat confessionem cum timore domini. [p. 245] et cum magna conpunctione cordis. et pēnitentiam suscipiat. secundum sacerdotale iudicium;

(catalog. FEHR, Hirtenbriefe, Anh. 3.40)

1172 — cf. 1167/O162

Source

unidentified

Source (et in actione ... non spernit)

Coll.Wig.I 167/O 162, adapted

Source

unidentified

### [O168] SECUNTUR PSALMI POST CONFSSIONEM.

Miserere mei deus; De profundis; Domine exaudi. kyrrieleison; Pater noster; Peccauimus domine. Domine non secundum; Adiuua nos; Domine exaudi.

**OREMUS.** Pręueniat hunc famulum tuum quęsimus<sup>21</sup> domine misericordiam {misericordia *corr.*} tua. ut omnes iniquitates eius cęleri indulgentiam {indulgentia *corr.*} deleantur; per.

**ALIA.** Clamantes ad te deus dignanter exaudi. ut nos de profundo iniquitatis eripias. et ad gaudia sempiterna perducas; per.

**ALIA** Exaudi quęsimus {‘qs’ with macron above} domine supplicum preces et confitentium;

**His** peractis. statim sacerdos det ei monita salutis. et diuinis eum instruat dogmatibus unde inçędat uiam ueritatis. et cautus existat. ne ad pristinum redeat uomitum et simul amittat remissionem presentis uitę et futurę sed oret assidue et elemosinam det in quantum ualet. ieiunium amet. uigiliis cum sanctis orationibus insistat. castitatem tam corporis quam anime teneat. et super omnia caritatem habeat;

(catalog. FEHR, Hirtenbriefe, Anh. 3.40)

1173

Source

unidentified

### [O169] QUALITER QUARTA FERIA. IN CAPITE IEIUNII CIRCA PĒNITENTES.

**Quibus** pro diuersis criminibus pēnitentia est subeunda die pręfata. id est quarta feria in capite ieiunii ad sedem episcopalem discalciati. laneisque induti conueniant. et domno pontifici causam actus sui [p. 246] prodant. ac sic sibi subueniri per pēnitentię satisfactionem petant; Pontifex autem secundum statutam {sic} canonum prout sibi uisum fuerit pro qualitate delictorum pēnitentię eis constituat modum. atque iuxta morem ipsius diei propriis manibus cyneres imponat capitibus eorum; Quibus peractis. prosternat se episcopus cum ipsis pēnitentibus coram altari in pauimento ecclēsię circumstanti clero simul cum eo UII pēnitentiales psalmos. uel plus minusue decantando. atque post finem psalmorum erigens se dicat preces et orationes quę in

<sup>21</sup> quęsimus] qs with macron above

sacramentorum libro continentur; Tunc fiat sermo ad penitentes ex euangelio. duo homines ascenderunt. deinde pontifex incipiat. Antiphonam. In sudore uultus tui uesceris pane tuo plangens peccata tua cum patientia magna; {on swate andwilitan ðines ðu scealt brucan hlafes ðines beheofygende<sup>22</sup> synna ðine mid geðylde<sup>23</sup> mycclon *gl. sup. lin.*} Psalmus Beati quorum; Et sic uniuersis psallentibus procedat cum eisdem penitentibus usque ad hostium ecclesie. dataque manu educat eos extra limen domus dei; Uel sicut quibusdam placet. cum peruenerint ad chori ianuam post finem antifone dicat diaconus cum penitentibus Flectamus genua; Et diaconus cum episcopo positus. Leuate. et episcopus; Exaudi nos christe. Tunc dexter chorus; kyrrieleison; Sinisterque chorus; Christe eleison. Tunc omnes simul. kyrrieleison; Itemquem episcopus. Antiphonam. In sudore; Et cum peruenerint ad hostium intra ecclesiam post finem. antiphone dicat diaconus: [p. 247] Flectamus genua. et reliqua. ut supra; Itemque episcopus. Antiphonam. In sudore. dataque manu trahit {sic} penitentes extra limen domus dei. et finita. Antiphona. dicit diaconus extra ecclesiam cum penitentibus constitutus. Flectamus. et reliqua. hisque peractis. prosternant se ante fores ecclesie. et iterum pontifex cum clero superiori ordine UII penitentiales psalmos. uel cantores. christe audi nos. Sancta maria ora. uel plus minusue decantent. precesque et orationes sicut in sacramentario continentur; Hic legatur lectio. Tunc semo ad populum;

Audite fratres karissimi. Omnes uos in commune admonemus ex auctoritate dei patris. ut confessionem peccatorum et ueram penitentiam agatis. et ut hoc quadragesimale tempus inuiolabiliter obseruetis. sacerdotibusque et predicatoribus salutis uestre ut humiliter obtemperetis. quia angelus id est nuntius dei uocatus est sacerdos; Et nobis qui nuntii sumus dei quamuis indigni. dictum est a domino; Qui uos audit. me audit. et qui uos spernit. me spernit; et reliqua; {Lc 10:16} Igitur fratres. quiescite agere peruersę. discite bene facere; {Is 1:16–17} Declinate a malo. et facite bonum; {Ps 36:27} Sobrii estote et uigilate. quia aduersarius uester diabolus tamquam leo rugiens. circuit querens quem deuoret; Cui resistite fortes in fide. et reliqua; {1 Pt 5:8–9} Apprehendite lorica igitur iustitie. et galeam salutis. et gladium spiritus. quod est uerbum dei; {Eph 6:14–17} Conuertimini igitur fratres karissimi. ad dominum deum in toto corde uestro. {cf. Ioel 2:12} et de dei misericordia numquam desperate; Ipse [p. 248] enim dicit; Nolo mortem peccatoris. sed ut magis conuertatur et uiuat; {Ez 33:11} Et in quacumque hora peccator conuersus fuerit et ingemuerit. saluus erit; {cf. Ez 33:12} Hinc etiam et in euangelio ait; Gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente; et reliqua; {cf. Lc 15:7; 15:10} Scitote etiam fratres quod nihil adiuuat penitere. si post penitentiam reuertitur homo ad pristinum uomitum; Ergo cum humilitate et puritate cordis penitemini. et deprecamini pium deum ut respiciat uos atque dignanter recipiat uestram humilitatem; Prouidete etiam ut penitendo atque ieiunando. non cadatis in aliquid criminale peccatum. quia ille homo qui ieiunat et peccat similis est diabolo semper ieiunanti et peccanti; Sed et hoc debetis obseruare in uestra penitentia. ut illud faciatis ieiunium quod deo sit placabile; Ebrietatem autem semper cauete. quia ebrietas nullum uitium excusat. sed omnia peccata generat. et est magnum et criminale peccatum; Uos inquam fratres. non obseruatis aliquando recte ieiunium. per quod debetis uincere diabolum. sed

<sup>22</sup> beheofygende] *not* behreowsygende *as in Fehr*

<sup>23</sup> geðylde mycclon] *these two words between quotation marks ('...')*

sepe infringitis. et non cogitatis quod sancti canones precipiunt. ut qui infringit unum diem. in quadragesimo. XL dies pro uno die soluat auctori deo; Dies enim iste. decimę sunt anni dierum; Gulam itaque semper contempnite; Propter ingluuiem enim et gulositatem fuit eiectus adam de paradiso; Et nos si uolumus nostram recipere hereditatem. id est paradisum. necesse est [p. 249] ut per aliam uiam. hoc est per ieiunium et abstinentiam reuertamur ad eum; Adam enim legem domini sui preuaricatus est comedens de ligno prohibito. et propterea eiecit eum dominus de paradiso in exilio huius uite. ubi multos labores sustinuit. et post uite huius labores gehennaliter luit. donec christus qui mundum redemit eum inde liberauit. et ad paradisi gaudia reduxit; Quo exemplo edocti. nos expellimus preuaricatores legis. et criminali culpa culpabiles. extra limen domus domini. ecclesiasticusque introitus eis prohibetur. quoadusque publica penitentia peracta. pontificali concessione in sinum matris ecclesie. iterum recipiuntur. sicut adam post diutinam penitentiam. et longi temporis luctum. receptus est in paradisum ad consortium sanctorum; Ad quorum etiam consortium nos christus perducatur. qui cum eterno patre et spiritu sancto uiuit et regnat; Hoc sermone completo. accipiens pontifex per manus singulos penitentes. propriis sacerdotibus consignet. quod si sacerdos defuerit. archidiacono seu decano qui iniunctam sibi penitentiam sollerti curam {sic} prouideant. atque in U feria que est dominica cena ad metropolitanam sedem iterum domno pontifici reassignent

(partial ed. FEHR, *Hirtenbriefe*, Anh. 3.41–43; second part: coll. [as 'C'] CROSS-BROWN, 'Wulfstan and Abbo', 86–90)

second part: I180, London, British Library, Cotton Vitellius A. vii, fols 63v–65r — first part: cf. I179, which lacks some phrases; second part: MS H, fols 30r–31v, 34r–35r, 37r–39r (coll. [as 'C'] ÖNNERFORS, *Abbo von Saint-Germain-des-Prés, sermons* 7, 10, 11, pp. 100–03, 110–12, 113–117); cf. the Old English translation of this text in *Corpus 190*, pp. 351–53 (ed. CROSS-BROWN, 'Wulfstan and Abbo', 87–91). Note: at the bottom of O, p. 247 a brief (neumed) prayer to Saint Eligius has been added by a contemporary hand: 'ALLE-LUIA Sanc-te eli-gi tu dulce-do pau-perum'.

Source (quibus pro ... in sacramentario continetur)

unidentified

Source (tunc fiat sermo ... homines ascenderunt)

unidentified

Source (uel cantores ... sancta maria ora)

unidentified. Note: this passage probably omitted from I179 due to homoioteleuton.

Source (audite fratres ... pontifici reassignent)

Coll. Wig.I 180 — (see the sources for Coll. Wig.I 180)

### [O170] SERMO IN QUADRAGESIMA.

De humilitate et de obediencia oportet uos fratres commoneri. ut istas bonitates ambas simul teneatis. et habeatis in corde et ore et in opere; Nam humilitas sine obediencia non est humilitas. sed magna superbia; Nos uero si ueram humilitatem uolumus habere. estimare nos debemus esse [p. 250] terram et cinerem. sicut faciebat ille qui dicebat; Loquar ad dominum meum. cum sim puluis et cinis; {Gn 18:27} Et quia primus homo per superbiam eiectus est de paradiso. dominus noster per suam humilitatem homines collocauit in celo; Igitur omnes inuicem humilitatem insinuate. quia deus superbis resistit. et humilibus donat gratiam suam; {1 Pt 5:5} Ergo unusquisque homo qui uult habere humilitatem. necesse est ut simul habeat obedienciam preceptionis dei; Hoc autem exemplum legimus in domino nostro iesu christo fuisse. dum scriptura de ipso domino dicit; Humiliauit semetipsum et reliqua; {Phil 2:8} Nunc audistis humilitatem eius; Deinde audiatis obedienciam. factus obediens patri usque ad mortem; {Phil 2:8} Quare dixit usque ad mortem? quia nihil ualet homini incipere bonum opus. nisi

perseuerauerit in bonitate usque ad mortem suam; Non promittit deus hominibus bona opera incipientibus uitam eternam. sed perseuerantibus illam; Sunt certe multi homines qui dicunt se habere humilitatem apud deum. sed despiciunt obediētiā mandatorum dei. et propterea mentiuntur. quia non sunt humiles sed superbi; Deus enim omnipotens ieiunauit pro nobis XL diebus et noctibus et permisit diabolo ut temptaret eum. et uos non dignamini ieiunare tempore statuto propter salutem animę uestrę. ut per ieiunium uincatis diabolum. si[\*] {si *corr.*} dominus superauit et uicit; Numquam certe diabolum neque consuetudinem peccandi superabitis. nisi per ieiunium [p. 251] et per orationes. teste domino ac dicente in euangelio; Hoc genus non eicitur. nisi in oratione et ieiunio; {Mt 17:20} Adtendite fratres et memorię uestrę commendate hoc quod ipse dominus noster terribiliter clamat dicens; Qui non baiulauerit crucem suam cotidie post me. non est me dignus; {Lc 14:27} Id est ille homo qui aliquam afflictionem carnis suę omni die non sustinuerit propter me. non est dignus uita eterna; Nam christus sicut ipse dicit. ego sum ueritas et uita. ipsa est uita eterna; Quomodo igitur non affligis tu corpus tuum maxime in tempore ieiunii cum alios fideles uides ieiunare. et ecclesias circuire per orationes. et tu curris mane ad tabernas? certe et multi sunt in hoc seculo. qui numquam recte unam quadragesimam ieiunauerunt; Sed quid erit de illis talibus? si uolunt. esse. salui. faciant quod sancti canones commendant; Qui infregerit unum diem in quadragesima. et quot dies infregerit. tantas alias quadragesimas ieiunet usque ad uesperam. ab ipsis cybis abstinendo quas in XL abstinere debet; Nos fratres qui sumus episcopi. et uestri sacerdotes et presbiteri. nos tenemus locum christi. et sumus uicarii eius; Ac propterea dixit dominus; Qui uos audit. me audit; Et qui uos spernit. me spernit; {Lc 10:16} Ergo scitote ueraciter. quia numquam eritis fideles christi. si nostras admonitiones despexeritis; Sed obsecramus uos ut sacerdotibus dei et predicatoribus salutis animę uestrę humiliter obediatis [p. 252] quia ipsi pro uobis rationem reddituri sunt deo. cum iudex uiuorum et mortuorum uenerit iudicare seculum per ignem; Portate igitur crucem post iesum. id est afflictionem corporis sustinete. imitando dominum nostrum; Illi enim crucem portant post iesum. qui tribulationem sustinent in diuino seruitio pro amore domini. id est in uigiiliis. in ieiuniis. in frigoribus in fletibus et compunctionibus et in orationibus assiduis. corpus castigantes. et domino seruiētes. sicut quidam boni clerici uel monachi. faciunt. qui cum signum sonat medie noctis. statim suaues lectos et dulces somnos dimittunt. et ad ecclesiam festinant. nocturnas horas celebraturi. uigilantque in orationibus usque mane. et ieiunant alii usque ad meridiem. et sepe ad nonam. excepta quadragesima. quando ieiunant usque ad uesperam. affligentes corpus proprium. pro eterna requię; horum igitur sequamini exemplum. quo mereamini consortiis eorum perfrui. in iocunditate perpetua. eo prestante qui uiuit et regnat per omnia secula seculorum amen;

(*catalog. FEHR, Hirtenbriefe, Anh. 3.44*)

cf. *MS H*, fols 39r–40v (coll. [as 'C'] ÖNNERFORS, *Abbo von Saint-Germain-des-Prés, Sermo 12*, pp. 118–22),

*sharing a number of peculiar readings found also in this text; O160*

*Source* (de humilitate ... admonitiones despexeritis) *ABBO SANGERM. Sermo 12* (ed. Önnerrfors, p. 118 line 1–p. 120 line 13), as in *MS H*, fols 39r–40v. Note, in Önnerrfors's text, the significantly different readings 'quomodo affligis tu ... et tu curris mane te ipsum inebriare ad tabernas?' and 'nos fratres qui sumus clerici, episcopi et sacerdotes, nos tenemus ...'

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

- Source* (sed obsecramus ... seculum per ignem) *unidentified; cf. Coll.Wig.I 180/O 169 second part: 'sacerdotibusque et predicatoribus salutis uestre ut humiliter obtemperetis'*
- Source* (portate igitur ... imitando dominum nostrum) *ABBO SANGERM. Sermo 12 (ed. Önnersfors, p. 120 line 21–p. 121 line 1), adapted*
- Source* (illi enim crucem ... amore domini) *ABBO SANGERM. Sermo 12 (ed. Önnersfors, 121, lines 4–6), adapted*
- Source* (id est in uigiliis ... domino seruientes) *unidentified; cf. Coll.Wig.C 195 and Coll.Wig.O 160: 'hoc est in uigiliis in ieiuniis in fletibus in orationibus assiduis et elemosinis multis'*
- Source* (sicut quidam boni ... pro eterna requie) *ABBO SANGERM. Sermo 12 (ed. Önnersfors, 121, lines 2–13), adapted*
- Source* (horum igitur sequamini ... seculorum amen) *unidentified; cf. ABBO SANGERM. Sermo 12 (ed. Önnersfors, 121, lines 2–13): 'qui uiuit et regnet [sic] per omnia secula seculorum. amen'*

**[O171] QUALITER PENITENTES IN CENA DOMINI IN ECCLESIAM INTRODUCUNTUR. {sic}**

Secundum morem orientalium ecclesiarum conueniunt omnes qui pro diuersis criminibus penitentia sunt dampnati. et ab ingressu ecclesie priuati. ad metropolitanam sedem. et hora diei [p. 253] III<sup>a</sup> collecti omnes ante ianuam basilice. discalciati laneisque induti expectent; Tunc episcopus cum ceteris ordinibus indutus egreditur. et duo diaconi similiter induti. unus cum penitentibus alter cum episcopo positus. et dicat diaconus cum episcopo positus; Dicite quare uenistis. Et diaconus cum penitentibus Indulgentie causa; Et sedens circumstantibus clericis incipit ipse domnus pontifex sonora uoce initium sequentis antiphone; Uenite. et dicit diaconus cum penitentibus positus. Flectamus genua; Et diaconus cum episcopo positus dicit. Leuate; Et episcopus. Exaudi nos christe. Tunc dexter chorus; kyrrieleison. Sinisterque chorus; Christe eleison; Tunc omnes simul. kyrrieleison. Pater noster. Preces pro peccatis; Iterum autem episcopus residens. repetat bis canendo; Uenite. uenite; Et item diaconus cum penitentibus Flectamus genua; Et alius diaconus cum episcopo. Leuate; Et episcopus. exaudi nos christe; Tunc dexter chorus. kyrrieleison. Sinisterque chorus. christe eleison; Tunc omnes simul. kyrrieleison. Pater noster. preces pro peccatis; Et tertio residens episcopus superiori ordine prosequatur ter canendo; Uenite. uenite. uenite filii; Et diaconus cum penitentibus Flectamus genua; Et diaconus alius cum episcopo. Leuate; Et episcopus. Exaudi nos christe; Tunc dexter chorus. kyrrieleison. Sinisterque chorus. christe eleison; Tunc omnes simul. kyrrieleison. Pater noster. Preces pro peccatis; Tunc residente episcopo. legat diaconus positus cum episcopo lectionem hanc;<sup>24</sup>

Vere fratres karissimi. hoc debetis scire unde fuit inceptum [p. 254] hoc exemplum. ut episcopi peccatores homines eicerent de ecclesia in capite ieiunii. et iterum post completam dignam penitentiam. in cena domini reciperent ipsos peccatores in ecclesia; Nam quando dominus noster. qui est deus omnipotens fecit primum hominem adam: totum illum fecit sanctum et iustum et immortalem; Sanctitas autem et iustitia. et immortalitas. fecerunt adam habere imaginem et similitudinem dei; Et propterea dixit deus. antequam crearet adam; Faciamus

<sup>24</sup> A space has been left here where a rubric may have been intended.



hominem ad similitudinem nostram. {Gn 1:26} hoc est faciamus hominem sanctum. et iustum. et immortalem; Et istam suam imaginem nos commendat dominus habere. quando dixit in euangelio; Estote sancti. quia et ego sanctus sum; {Lv 11:44; 19:2; cf. 1 Pt 1:16} Ergo quia deus tam bonum et tam sanctum fecit adam. propterea legimus quia misit eum in paradysum. ut operaretur et custodiret illum; In ipso autem paradiso dedit ei dominus omnem gloriam; Ibi uidebat angelos et loquebatur cum illis. et numquam moreretur si non peccasset; Ibi audiebat dominum secum loquentem et talem obediētiā sibi commendantem. ut numquam comederet de ligno scientiē boni et mali; In ipsa uero hora qua peccauit adam. eiecit eum dominus. qui est episcopus episcoporum foras de paradiso. et dixit illi; In sudore uultus tui uesceris pane tuo; {Gn 3:19} Et postquam fuit eiectus adam de paradiso. quid fecit? certe longam penitentiam fecit. per sex centos annos. et eo amplius; Ad ultimum uero post suam mortem missus est in carcerem infernalem. ubi longo tempore planxit et [p. 255] doluit. quia propter suum peccatum perdidit paradysum; Et tamdiu fuit ibi dolens et penitens. donec dominus noster iesus christus. qui est pontifex pontificum absoluit eum per suam passionem. et liberauit eum de penis tenebrarum. et reddidit ei paradysum; Igitur fratres nos episcopi sumus uicarii domini nostri iesu christi in hoc mundo et sumus missi et ordinati in loco eius; Et propterea post apostolos dedit nobis dominus potestatem ligandi animas soluendi. et precepit nobis edificare et plantare bonos homines in domo domini. et euellere atque dissipare peccatores de domo domini. hoc est de domo domini; Sic enim dicit dominus per hieremiam prophetam. ad unumquemque episcopum; Ecce constitui te super gentes et super regna. ut euellas. et edifies. et dissipas. et plantes. in domo domini; {Ier 1:10} Adtendite fratres de bono animo hoc quod nos uobis uolumus dicere; Propterea misit dominus adam in paradysum. ut in ipso paradyso nascerentur omnes electi. et operarentur uoluntatem dei. usque ad plenam senectutem et de illo transirent ad celestem patriam; Et certe sic facerent. si adam non peccasset; Fratres ipsum exemplum domini nostri iesu christi tenemus nos episcopi in ecclesia; Peccatores uero tenent exemplum ad; Uerbi gratia; Sicut filius dei misit adam. sanctum. et iustum in paradysum. similiter nos et omnes sacerdotes. mittimus in ecclesiam homines [p. 256] sanctificatos. et iustificatos in baptismo; Cur mittimus eos homines in ecclesiam qui iam facti sunt sancti per baptismum? propter ipsam causam pro qua misit dominus adam in paradysum. hoc est ut operaretur et custodiret illum paradysum; Similiter et nos sacerdotes propterea mittimus homines baptizatos in ecclesiam. ut omni tempore operentur in ea uoluntatem dei. et custodiant illam ecclesiam. hoc est christianitatem; Deus omnipotens donauit adam legem quam debuit obseruare per obediētiā; Qualem legem? ut non manducaret de arbore scientiē boni et mali; Similiter et deus donat per nos uobis legem quam debetis seruare in ecclesia; Quam legem uobis donat per nos dominus id est per nostram admonitionem? non occides. non mecharis. non adulterabis. non furtum facies. non falsum testimonium dices. non periurabis; Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo. et diliges proximum tuum sicut teipsum; {cf. Ex 20:13; Rm 13:9} Fratres ista omnia precepta uobis donat dominus per nos. ut custodiatis illa et operemini per obediētiā; Sed quid fecit dominus de adam pro eo quod non custodiuit obediētiā? certe eiecit eum foras de paradiso plorantem et lugentem et nimis contristantem; Similiter et nos episcopi propterea quia uos non custoditis obediētiā preceptorum dei. propterea eicimus uos foras de ecclesia. et cantamus post uos hoc quod dominus cantauit post adam [p. 257] quando expulit eum de paradyso; In sudore uultus tui. et reliqua; {Gn 3:19}

Sed quid fecit adam postquam fuit eiectus de paradiso? certe et multam dignam penitentiam fecit adam ut dignus esset quo deus reciperet eum in paradysum; Et uos similiter fecistis penitentiam in ista quadragesima quo uos sitis intrare in ecclesiam. et communicare corpori et sanguini domini. et propterea uos gaudenter recipit sancta mater ecclesia inter suos filios. qui sunt filii dei adoptiui hoc est electi; Hoc tamen debetis scire. quia sicut beatus ambrosius dixit. nullus episcopus potest absoluere penitentes. nisi ipsa penitentia eorum fuerit digna de absolutione; Et propterea uobis dicimus hoc. ut si non habetis adhuc illam penitentiam factam que deo placet. ex uestra uoluntate perficite illam; Et si non potestis ieiunare. uel elemosinas potestis facere. que liberet *{sic}* uestras animas de inferno; Et debetis hoc attendere. ut uos umquam non faciatis plus de penitentia nisi quantum uobis fuerit commendatum; Sed de uestra uoluntate debetis plus facere sicut faciebant sancti. qui portabant cilicia et abstinebant a carne et a uino. et ieiunabant usque ad uesperam. propter desiderium uitae eterne; Fratres iam modo est adam receptus in celesti paradyso. propter multam et laboriosam penitentiam quam fecit; Et propter ipsam penitentiam meruit accipere societatem cum dei fidelibus redemptis de sanguine christi; Et uos deo gratias hodie propter penitentiam estis recepti in ecclesiam. quasi in paradysum; *{paradysum corr.}* Et quia uos conuenistis in ista die ad recipiendam societatem sancte ecclesie. et ad absolutionem de uestris peccatis. et ideo uenistis cum toto desiderio ut uos possitis recipere tam magnum gaudium de paschali sollempnitate. et quo possitis communicare de corpore et sanguine domini. propterea non debet remanere in uobis ullum criminale uitium. sed humili prece debetis deum deprecari. ut donet uos facere talem penitentiam. et talem emendationem. que deo placeat et uobis proficiat ad uitam eterne. ipso adiuuante qui uiuit et regnat in secula seculorum AMEN;

Post finem lectionis surgens episcopus faciat uerbum exortatorium ad ipsos penitentes de eadem lectione; Sequatur communis oratio pro penitentibus; Hac expleta: coniungens se episcopus liminibus ecclesie uoce excelsiori repetit. pretitulatam antiphonam omnibus eam sonoratum modulantibus. Antiphona. Uenite. uenite. uenite filii audite me timorem domini docebo uos; Psalmus. Benedicam dominum. In domino laudabitur. Magnificate; Prefati uero duo. uel plures diaconi. pre foribus basilice stantes. ex quorum manibus dominus pontifex ipsos penitentes suscipiens in ecclesiam introducit. [p. 259] uicissim uersificent; Ut autem introducti fuerint. et in loco designato ordinatim positi. tunc et ipse pontifex ingrediens prosternat se simul cum ipsis canens. UIII penitentiales psalmos. uel plus minusue agentibus predictis *{predictis corr.}* duobus diaconibus letanias; Christe audi nos. Sancta maria ora. Qua peracta. erigens se solum episcopus. absoluat eos pontificali auctoritate. sicque benedictione percepta. missaque peracta. unusquisque redeat ad propria; Multi enim utile ac necessarium est ut peccatorum reatus episcopali supplicatione et absolutione soluantur; Mediator enim dei et hominum iesus christus. prepositis sancte dei ecclesie potestatem tradidit. ligandi uidelicet atque soluendi;

*Note: neums have been added to portions of this text.*

*(partial ed. FEHR, Hirtenbriefe, Anh. 3.45–6; ‘vere fratres karissimi ... secula seculorum AMEN’: ed. BETHVRVM, Homilies, Appendix 1)*

*cf. I181, which lacks ‘multi enim ... atque soluendi’ and which only references the Abbonian sermon that here comprises the second part; second part: I174 and London, British Library, Cotton Vitellius A. vii, fol. 65v–68r, which abbreviate the same source differently; MS H, fols 26r–30r; I181, which references this sermon; ‘et propterea post apostolos ... plantes in domo domini’: D270, which adapts this passage; cf. the Old English*

Michael D. Elliot, March, 2013

*Wigorniensis O (Corpus 190)*

*translation in Corpus 190, pp. 353–59 (ed. BETHVRVM, Homilies, Appendix 1) and Wulfstan's Sermo 15. Note: the rubric for this text is similar to one found in the table of contents for Coll.Wig.B in O, p. vii.*

Source (secundum ... lectionem hanc)

cf. *Pontifical.Rom.-Germ., ordo 99.222–51*

Source (vere fratres ... in secula seculorum AMEN)

*Coll.Wig.C 306, abbrev., adapted; cf. Coll.Wig.I 174 — ABBO SANGERM. Sermo 13 (as in MS H, fols 26r–30r), partial, abbrev., adapted*

Source (post finem ... ad propria)

unidentified

Source (multi enim utile ... atque soluendi)

*Coll.quad. 4.3 and 4.5, partial, adapted.; also in WULFSTAN Sermo 10b (ed. Bethurum, 197, lines 86–90) and Sermo 10c (in MSS I and E only [in MS I as part of marginal addition by Wulfstan]; ed. Bethurum, 206, note to line 115); 'multi enim utile ... absolutione soluatur' also in O26*

**[O172] UERSVS IN CENA DOMINI QVANDO CRISMA DE SECRETARIO  
PORTATVR. HOC EST ANTEQUAM AD MISSAM DICATUR. PER QUEM HEÇ  
OMNIA DOMINE SEMPER BONA CREAS. SANTIFICAS.**

O redemptor summe {sume *corr.*} carmen temet concinentem; {concientium *corr.*} Audi iudex mortuorum;

**ET EA QUE SECUNTUR;**

(*O, pp. 259–64*):*ordo for Maundy Thursday, with breviculum-type Chrism Mass.*

*Note: neumes have been added to this text*

(*partial ed. FEHR, Hirtenbriefe, Anh. 3.47–8; coll. [partial, as Ek] WALPOLE, Early Latin hymns, 342*)

*first part: cf. 1182*

Source

*cf. the ordines for Maundy Thursday in Pontifical.Ecgb. (ed. Banting, 147–53) and the Ratoldus sacramentary (ed. Orchard, 189–201)*

\* \* \*

*There follows in O, pp. 264–91 Defensor's Liber scintillarum 1.1–80.20 (with some abbreviation) and Adso's De ortu et tempore Antichristi. The following three post-Conquest texts were added to O, pp. 292–94 by a hand of s. xi<sup>med</sup>, perhaps under the direction of Bishop Leofric of Exeter; see Hill, 'Two Anglo-Saxon bishops at work', 154.*

*O175 is possibly written by a different scribe than O173–74.*

**[O173] [p. 292] CELEBRATI CAPITULA CONCILII APUD UUINTONIAM.**

Quod nulli liceat duobus episcopatibus presidere. Quod nullus per symoniacam heresim ordinetur. Quod extranei clerici sine commendaticiiis litteris non recipiantur. Quod ordinationes certis temporibus fiant. De altaribus quod lapidea sint. Quod sacrificium de ceruisia uel sola aqua non fiat. sed solummodo de uino aqua mixto. De baptisate quod in pascha et in pentecosten solummodo celebretur. nisi periculum mortis fuerit Quod in ecclesiis nisi ab episcopis consecratis missę non celebrentur. Quod in ecclesiis corpora defunctorum hominum non sepeliantur. Quod tintinnabula non pulsantur quando missa celebratur tempore secrete. Quod de criminibus soli episcopi penitentiam tribuant. Quod monachi qui habitum dimiserunt. neque in militia. neque in conuentu clericorum non recipiantur. sed excommunicati habeantur. Quod quisque episcopus

omni anno bis synodum celebret. Quod decime ab omnibus reddantur. Quod clerici aut caste uiuant. aut ab officiis re[ce]dant. Quod calices non sint cerei.

(coll. [as 'A'] BRETT-BROOKE, C&S, I.ii, 575-76)

London, British Library, Cotton Tiberius C. i, fol. 202r-v (SPELMAN-DVGDALE, Concilia, II, 12); Montpellier, École de Médecine, MS 304, fol. 24r-v (eds LABBÈ-COSSART, Sacrosancta concilia, X, cols 311-12); MS X, fols 2v-3r  
Source CWIN.1070

#### [O174] CAPITULA CONCILII APUD UINDLESORA CELEBRATI IN PENTECOSTEN.

De introitu episcoporum et abbatum per symoniacam heresim. De ordinationibus passim factis et per pretium. De uita et conuersatione eorundem. Quod episcopi bis concilia. [\*\*] {[\*\*] ras.} celebrant {celebrent *corr.*} per annum. Ut episcopi archidiaconos et ceteros sacri ordinis ministros in ecclesiis suis ordinent. Ut episcopi liberam facultatem habeant per diocesim tam de clericis quam de laicis. Ut episcopi et sacerdotes laicos inuitent ad penitentiam. De apostaticis clericis et monachis. De episcopis ut certas sedes habeant. Et ut nullus conspiracy faciat contra principem. Ut laici decimas reddant sicut scriptum est. Ut nullus inuadat aliena {ecclesiastica *corr.*} bona. Ut nullus clericus secularia arma ferat. Ut clericis et monachis digna reuerentia exhibeatur. [\*\*\*\*\*] {ras.} Qui hæc non fecerit. anathema sit. [p. 293]

(ed. BRETT-BROOKE, C&S, I.ii, 580-81; ed. MANSI, Conciliorum, XX, cols 459-60 [reprinting WILKINS]; ed. WILKINS, Concilia, I, 365 [reprinting SPELMAN-DVGDALE]; ed. COLETI, Sacrosancta concilia, XII, cols 594 [reprinting HARDOVIN]; ed. HARDOVIN, Acta conciliorum, VI.1, col. 1560 [reprinting LABBÈ-COSSART]; eds LABBÈ-COSSART, Sacrosancta concilia, X, col. 351 [reprinting SPELMAN-DVGDALE]; eds SPELMAN-DVGDALE, Concilia, II, 12)  
Source CWND.1070

#### [O175] DE PENITENTIA IN BELLO HOMINES OCCIDENTIUM.

Hec est penitentia institutio secundum decreta normannorum presulum. auctoritate summi pontificis confirmata per legatum suum ermenfredum episcopum sedunensem. imponenda illis hominibus quos .W. normannorum dux suo iussu. et qui ante hunc iussu sui erant. et ex debito ei militiam debebant. Qui magno prelio scit se hominem occidisse. secundum numerum hominum. pro unoquoque uno anno peniteat. Pro unoquoque quem percussit si nescit eum inde mortuum fuisse. si numerum retinet. pro unoquoque XL diebus peniteat. siue continue siue per interualla. Si autem numerum percussorum uel occisorum ignorat. ad arbitrium episcopi sui quoad uiuit uno die in ebdomada peniteat. aut si potest. uel ecclesiam faciendo. uel ecclesie largiendo perpetua elemosina redimat. Qui autem neminem percusserunt si percutere uoluerunt. triduo peniteat.<sup>25</sup> De clericis qui pugnauerunt. aut pugnandi gratia armati fuerunt. quia pugnare eis illicitum erat. secundum instituta canonum acsi in patria sua peccassent peniteant. Penitentia monachorum secundum regulam suam et abbatum iudicia statuuntur. Qui autem tantum premio adducti pugnauerunt. cognoscant {se *add. sup. lin.*} sicut pro homicidio penitere debere. Sed quia in publico bello pugnauerunt. pro misericordia III annos penitentia eis episcopi statuerunt. De sagittariis qui ignorantes aliquos occiderunt. uel absque homicidio uulnerauerunt. tribus

<sup>25</sup> peniteat] *corr. to peniteant* ?

quadragesimis peniteant. Quicumque excepto hoc prelio ante regis consecrationem. uictus querendi causa per regnum discurrerunt: hostibus repugnantibus aliquos occiderunt. pro singulis uno anno peniteant. Qui autem non necessitate uictus sed predandi causa discurrerunt. et aliquos occiderunt III annos peniteant. Qui autem post consecrationem regis hominem occiderunt. sicut de homicidiis sponte commissis. hoc excepto. ut si quis de illis quemquam qui [p. 294] adhuc repugnabant regi occidit uel percussit. sicut supra peniteat. **De adulteriis et raptibus et fornicationibus quibuscumque acsi in patria sua peccassent peniteant. De uiolatione ecclesiarum similiter. Res quas de ecclesia abstulerunt. si reddere eidem cui abstulerunt possunt: reddant. Si hoc non possunt: alii ecclesie reddant. Si autem reddere noluerint: statuerunt episcopi. ut neque ipsi uendant. neque alii emant;**

(coll. [as 'A'] BRETT-BROOKE, *C&S*, I.ii, 583–84; ed. C. MORTON, 'Pope Alexander II and the Norman conquest', *Latomus* 34 [1975], 362–82, at 381–82; ed. MANSI, *Conciliarum*, XX, cols 460–62 [reprinting WILKINS]; ed. WILKINS, *Concilia*, I, 366 [reprinting SPELMAN-DVGDALE, with emendations]; ed. COLETI, *Sacrosancta concilia*, XII, cols 594–95 [reprinting HARDOVIN]; ed. BESSIN, *Concilia Rotomagensis provinciae*, 50–1 [reprinting LABBÈ-COSSART]; ed. HARDOVIN, *Acta conciliarum*, VI.i, cols 1561–62 [reprinting LABBÈ-COSSART]; eds LABBÈ-COSSART, *Sacrosancta concilia*, X, cols 352–53 [reprinting SPELMAN-DVGDALE]; ed. SPELMAN-DVGDALE, *Concilia*, II, 12–13)

Source CHAS.1067

*Text on the bottom half of O, p. 294 has been erased and over it has been added by a hand of s. xvi the Latin preface to Ælfric's Letter to Bishop Wulfsgie (ed. Fehr, Hirtenbriefe, 1). The Old English text of this letter begins on the following page (p. 295), which is the beginning of Part B of Corpus 190.*